

**L. ANNAEI SENECAE**  
*De clementia libri duo*

Prolegomeni, testo critico e commento  
a cura di  
ERMANNIO MALASPINA

Seconda edizione aggiornata e corretta



Edizioni dell'Orso

---

L. ANNAEI SENECAE

De clementia  
libri duo



## CONSPECTUS SIGLORUM

### Codices saeculo IX exarati

**N** = Codex Nazarianus (Vaticanus Palatinus Lat. 1547, saec. IX in.)

**N<sup>1</sup>** manus prior ante emendationem

**N<sup>1c</sup>** manus prior se ipsa corrigens

**N<sup>2</sup>** manus altera corrigens paulo posterior (saec. IX med.)

**N<sup>3</sup>** manus recentiores (rarissime laudantur)

**N<sup>c</sup>** emendatio incertae manus

**R** = Codex Vaticanus Reginensis Lat. 1529 (saec. IX)

**R<sup>1</sup>** manus prior ante emendationem

**R<sup>2</sup>** altera manus paulo posterior uel manus prior se ipsa corrigens (*cf.*

Prolegomena § II.2.3)

**R<sup>3</sup>** manus recentiores

**R<sup>c</sup>** emendatio incertae manus

Haec sigla tantum in *Prolegomenis* et *Adnotationibus* laudantur:

**N<sup>1c?</sup>** emendatio aut prioris aut alterius manus

**N<sup>1c+2</sup>** emendatio et a priore et ab altera manu exarata

**N<sup>2?</sup>** (**R<sup>2?</sup>**) emendatio aut alterius manus aut recentiorum

### Codices recentiores

**C** = Codex Parisinus Latinus 15085, 93v - 112v (saec. XII, familiae φ)

**P** = Codex Parisinus Latinus 6382, 93v - 112v (saec. XIII, π)

**A** = Codex Erfurtensis Ampl. Q. 3, 95v - 110v, I, 1, 1 - 18, 2 (saec. XII, γ)

**F** = Codex Laurentianus Plut. LXXVI 36, 35v - 42r (saec. XII, γ)

**L** = Codex Leidensis. Lips. 49, 125v - 141r (saec. XII, γ)

**T** = Codex Parisinus Latinus 8542, 42r - 49v (saec. XII, γ)

**S** = Codex Parisinus Latinus 16592, 103v - 105r (saec. XII ex., σ<sup>2</sup>)

**Q** = Codex Lipsiensis I, 4, 47, 33v - 39v (saec. XII) = L MAZZOLI 1982, 205-210

Codices primum a me conlati (raro laudantur)

**Rossi604** = Codex Vaticanus "Rossi" 604 (saec. XIV, 284r - 295v, φ)

## Conspectus siglorum

**Vat1769** = Codex Vaticanus Latinus 1769 (saec. XIV, 116r - 120r, φ)

**Vat4086** = Codex Vaticanus Latinus 4086 (saec. XIV, 83r - 94r, φ)

**Bas14** = Codex Vniuersitatis Basiliensis F. IV. 14 (saec. XV, 219r - 227r, π)

**Mar268** = Codex Marcianus Latinus Z 268 = 1698 (saec. XIV, 75v - 79r, γ)

**Vat11543** = Codex Vaticanus Latinus 11543 (saec. XII, 124r - 126r, γc)

**VatR147** = Codex Vaticanus Reginensis 147 (saec. XII, 30v - 32r, γc)

**VatR1637** = Codex Vaticanus Reginensis 1637<sup>2</sup> (saec. XII/XIII, 72r - 77r, γc)

**Mar267** = Codex Marcianus Latinus Z 267 = 1697 (saec. XIV, 64v - 68r, γc)

**Mar67** = Codex Marcianus Latinus VI. 67 = 2551 (saec. XIV, 70v - 71v, σ<sup>2</sup>)

**Mar174** = Codex Marcianus Latinus VI. 174 = 3021 (saec. XIV, 134r - 136v, σ<sup>2</sup>)

ζ<sup>F</sup> Codicum recentiorum ex apparatu FICKERTI 1843 cognitorum unus aut aliquot

ζ<sup>P</sup> Codicum recentiorum ex apparatu DALECHAMPII 1628 cognitorum unus aut aliquot

ζ<sup>G</sup> Codicum recentiorum ex *Notis* GRUTERI 1595 cognitorum unus aut aliquot

ζ<sup>P</sup> Codicum recentiorum ex *Castigationibus* PINCIANI 1536 cognitorum unus aut aliquot

φ = consensus codicum **C Rossi604 Vat1769 Vat4086**

π = consensus codicum **P Bas14**

γ = consensus codicum **(A)FLT Mar268 (Mar267) (Vat11543) (VatR147) (VatR1637)**

ψ = consensus codicum π et γ (praeter laudatos)

σ = consensus codicum **S Mar67 Mar174**

**recc** = consensus omnium codicum φ ψ σ **Q** (ζ) (praeter laudatos)

## Compendia codicis **N** in textu seruata

P. C.

res p., rei p., rem p.

R.

p.R.

Patres Conscripti

res publica, rei publicae, rem publicam

Romanum

populus Romanus, populi Romani, populo Romano

## Compendia in apparatu et indice adhibita

¶ = pars extrema paginae codicis N / = pars extrema uersus codicis N  
*add.* = addidit uel sim. *adn.* = in adnotationibus uel commentariis uel scholiis uel notis *app.* in apparatu *circ.* = circiter *dist.* = distinxit uel sim. *del.* = deleuit uel sim. *dub.* = dubitanter *e.g.* = exempli gratia *ex cod.* = lectio uel coniectura ex codice deprompta *fort.* = fortasse, ut uidetur *f.uer.* = in fine uersus *i.e.* = id est *lit. cap.* = littera grandior uel capitalis *litt.* = litterarum *m.rec.* = manus recentior *mrq.* = in margine *om.* = omisit uel sim. *p.* = pagina *ras.* = in rasura *sim.* = similia *ss.* = superscriptum uel sim. *subst.* = nomen substantiuum *suppl.* = suppleuit uel sim. *transp.* = transposuit uel sim. *tx.* = in textu *u.l.* = uaria lectio

## Editores et commentatores

**Agr** = R. Agricola Frisius, in adn.

**Eras2**, 330 (lib. I). 333 (lib. II)

**Alex** = ALEXANDER 1936, 349-353

**Amm** = AMMENDOLA 1928

**Bads** = BADSTÜBNER 1888, 27

**Baeh1** = BAEHRENS 1870, 40-43

**Baeh2** = BAEHRENS 1877, 62-63

**Baeh3** = A. Baehrens, in app. **Hos2**

**Bail** = SHACKLETON BAILEY 1970, 360

**Ball** = A.P. Ball, in app. **Bas**

**Bas** = BASORE 1928

**Bent** = R. Bentley, in app. **Hos**

**Bip1** = ed Bipontina a. 1782

**Bour** = BOURGERY 1913, 108

**Brak1** = BRAKMAN 1909, 36

**Brak2** = BRAKMAN 1928, 152-153

**Büch** = BÜCHNER 1970

**Busche** = BUSCHE 1924, 472

**Cal** = CALVINUS 1532

**Cap** = CAPOCCI 1954, 72-73

**Cast** = L. Castiglioni, in adn. **Amm**

**Cast1** = CASTIGLIONI 1921, 75-77

**CMül** = MÜLLER 1866, 487

**Cosm** = COSMAN 1941, 111

**Cour** = COURTNEY 1974, 105

**Cur** = C. Secundus Curio (**Cur1** + **Cur2**)

**Cur1** = CURIO 1557

**Cur2** = CURIO 1573

**Dale** = DALECHAMPIUS 1628

**Eras** = D. Erasmus (**Eras1** + **Eras2**)

**Eras1** = ERASMUS 1515

**Eras2** = ERASMUS 1529

**Euss** = EUSSNER 1877, 794

**Exter** = F.C. Exter, in adn. **Bip2**

**Faid** = FAIDER 1928

**Faid1** = P. Faider, in adn. **Favez**, 30

**Favez** = FAVEZ 1950, 155

**Feld** = FELDMANN 1887, 25-26

**Festa** = FESTA 1900, 438

**Fi** = FICKERT 1843

**Fuchs** = FUCHS 1965, 378

**Gem** = GEMOLL 1890, 15

**Ger** = GERTZ 1876

**Ger1** = GERTZ 1874, 88; 141; 159 n.

**Gesn** = J.M. Gesner, in praef. **Hein**,  
12 r-v

Conspectus siglorum

**Goth** = GOTHOFREDUS 1590a  
**Goth1** = GOTHOFREDUS 1590b, 53-55  
**Gra** = LA GRANGE 1778, IV, 434  
**Gri** = GRIMAL 1971a, 207-211  
**Gron** = GRONOVIVS 1649  
**Gron1** = GRONOVIVS 1649a, 83-96;  
 422-423  
**Gron2** = GRONOVIVS 1658b, 98-114  
**Grut** = GRUTER 1604  
**Grut1** = GRUTER 1591a  
**Grut2** = GRUTER 1595  
**Ha** = HAASE 1852  
**Ha1** = HAASE 1853, xxv  
**Haupt1** = HAUPT 1865, 7-8  
**Haupt2** = HAUPT 1866, 5-6  
**Hein** = HEINZE 1753, 4r - 11v  
**Herm** = HERMES 1896, 11-15  
**Herr1** = HERRMANN 1929, 96-99  
**Herr2** = HERRMANN 1934, 353-355  
**Hos** = C. Hosius (**Hos1** + **Hos2**)  
**Hos1** = HOSIUS 1900  
**Hos2** = HOSIUS 1914  
**Huet** = P.D. Huet, in app. **Fi**  
**Iur** = IURETUS 1602  
**JMül** = MÜLLER 1892, 20-26  
**Kenn** = KENNEL 1979, 62-64  
**Koch** = KOCH 1874, 560  
**Kron1** = KRONENBERG 1907, 287-289  
**Kron2** = KRONENBERG 1923, 47-48  
**Kru** = KRUCZKIEWICZ 1877, 437-440  
**Leo** = LEO 1905, 610-611  
**Lips** = I. Lipsius (**Lips1** + **Lips2**)  
**Lips0** = LIPSIUS 1637  
**Lips1** = LIPSIUS 1605  
**Lips2** = LIPSIUS 1614  
**Lips3** = LIPSIUS 1605 et 1615, com-  
 mentarii  
**Lips4** = LIPSIUS 1652  
**Locc** = J. Loccenius, in app. **Fi**, 308  
**LugdB1640** = GRONOVIVS 1640

**Madv1** = MADVIG 1871, 33  
**Madv2** = MADVIG 1873, 424-431  
**Madv3** = MADVIG 1884, 209  
**Madv4** = J.N. Madvig, in app. et pp.  
 267; 281 **Ger**  
**Mazz1** = MAZZOLI 1974a, 289-294  
**Mazz2** = MAZZOLI 1977a, 257-279  
**Mazz3** = MAZZOLI 1977b, 81-88  
**Mod** = MODIUS 1584, *epp.* 21; 49  
**Mueck** = MUECK 1890, 7, 17; 30-32  
**Mur** = MURETUS 1585  
**Neap** = ed. Neapolitana a. 1475  
**Niz** = NIZARD 1838  
**Ops** = OPSOPOEUS 1592, 979-985  
**OpSen** = *Opus Senecae*, sine l. et a.  
**Pet** = PETERSEN 1888, 275  
**Pinc** = PINCIANUS 1536, 27r - 29v  
**Pont** = I.I. Pontanus, in adn. LIPSII 1620  
**Pré** = PRÉCHAC 1925  
**Pré1** = PRÉCHAC 1913a, 569-581  
**Pré2** = PRÉCHAC 1913b, 385-393  
**Pré3** = PRÉCHAC 1923, 96-100  
**Pré4** = PRÉCHAC 1932a, 56 n. 1  
**Pré5** = PRÉCHAC 1932b, 100-104  
**Pré6** = PRÉCHAC 1933a, 366-369  
**Pré7** = PRÉCHAC 1935, 360-370  
**Pré8** = PRÉCHAC 1941, 74-76  
**Pré9** = PRÉCHAC 1957, 49-74  
**Pré10** = PRÉCHAC 1958, 145-148  
**Pré11** = PRÉCHAC 1963, 387-388  
**Pré12** = PRÉCHAC 1967, 153-164  
**Rich** = RICHARD 1934, 141-219  
**Richt** = RICHTER 1965, 146-170  
**Ritters** = C. Rittershausen, in app.  
**Ruhk**, 480  
**Ross1** = ROSSBACH 1888, 19; 23-25;  
 147-149  
**Ross2** = ROSSBACH 1907, 1487-1489  
**Ross3** = ROSSBACH 1915, 679-682  
**Rub** = A. Rubenius, in **Gron2**, 99-113



## Conspectus siglorum

**Ruhk** = RUHKOPF 1797  
**Schu** = SCHULTESS 1878, 221-231  
**Siesb** = SIESBYE 1876, 253, in app. **Ger**  
**Sku** = O. Skutsch, in app. **Hos2**  
**Sov** = SOVERINI 2000, 60-61  
**Steph** = STEPHANUS 1586, 67-68  
**Tar** = ed. Tarvisina a. 1478  
**Thom** = THOMAS 1893, 293-297  
**Torr** = L. Torrentius, in app. **Fi**, 299  
**Vahl** = VAHLEN 1882, 273  
**Ven1490** = ed. Veneta a. 1490  
**Ven1492** = ed. Veneta a. 1492  
**Ven1503** = ed. Veneta a. 1503

**Vogel** = VOGEL 1830  
**Wag** = WAGENVOORT 1965, 184-186  
**Wal1** = WALTER 1924, 444-445  
**Wal2** = WALTER 1926, 189-190  
**Watt** = WATT 1994, 230-231  
**Wese** = Wesenberg, in app. et adn. **Ger**  
**Wess** = WESSELING 1727, II, cap. 24,  
p. 263  
**Weym** = WEYMAN 1916, 15  
**Wil** = WILAMOWITZ 1902, 307  
**Zet** = ZETOWSKI 1922, 17  
**Zwi** = ZWIERLEIN 1996, 16 n. 13; 19-26

## Editiones et commentarii (105)<sup>#</sup>

### Editiones (38) et commentarii (13) conlati

**Neap**  
**Tar**  
**Ven1490**  
**Ven1492**  
**OpSen**  
**Ven1503**  
**Eras1**  
**Eras2**  
**Cur1**  
**Cur2**  
**Goth**  
**Mur**  
**Par1587**  
**Lugd1592**

**Gen1594**  
**Grut**  
**Lips1**  
**Lips2**  
**Dale**  
**LugdB1640**  
**Gron**  
**Lips4**  
**Bip1**  
**\*Bip2**  
**Ruhk**  
**Vogel**  
**Niz**  
**Fi**

<sup>#</sup> Asterisco singulo (\*) denotantur editiones (1), commentarii (2) et noua exemplaria (11) quorum lectiones ipse non uidi, sed ex aliis editionibus cognoui; binis (\*\*) editiones (11) quarum tituli in frontibus tantum mihi noti sunt; cf. etiam *Editionum conspectum* (pp. 413-427).



Conspectus siglorum

**Ha**  
**Ger**  
**Hos1**  
**Hos2**  
**Pré**  
**Amm**  
**Bas**  
**Faid**  
**Rich**  
**Büch**

**Cal**  
**\*Pinc**  
**Steph**  
**\*Mod**  
**Goth1**  
**Ops**  
**Lips0**  
**Grut1**  
**Grut2**  
**Iur**  
**Lips3**  
**Gron1**  
**Gron2**

Noua exemplaria editionum (41) et commentariorum (2)  
inspecta, sed non conlata

\*ERASMUS 1537  
ERASMUS s.a.  
ERASMUS 1555  
CURIO 1581  
MURETUS 1593  
\*MURETUS 1598  
MURETUS 1602a  
\*MURETUS 1602b  
LIPSIUS 1607  
MURETUS 1609  
LIPSIUS 1613  
**Gen1614**  
LIPSIUS 1619a  
LIPSIUS 1619b  
LIPSIUS 1620  
\*LIPSIUS 1627  
LIPSIUS 1628  
LIPSIUS 1632  
LIPSIUS 1633

\*LIPSIUS 1634  
\*LIPSIUS 1637b  
\*LIPSIUS 1640  
LIPSIUS 1643  
GRONOVIVS 1658a  
\*GRONOVIVS 1659  
MURETUS 1661  
GRONOVIVS 1669  
GRONOVIVS 1672  
GRONOVIVS 1675  
GRONOVIVS 1695  
GRONOVIVS 1702  
LIPSIUS 1713  
LIPSIUS s.a.  
LIPSIUS 1728  
\*GRONOVIVS 1741  
\*GRONOVIVS 1770  
RUHKOPF 1827  
RUHKOPF 1828/30

Conspectus siglorum

VOGEL 1832  
\*RUHKOPF 1832  
RUHKOPF 1860/61

GOTHOFREDUS 1591  
GRUTER 1591b

Editiones non inuentae (11)

\*\*Heid1603  
\*\*Heid1604  
\*\*Gen1613  
\*\*Gen1618  
\*\*Gen1626  
\*\*Gen1636  
\*\*Gen1646  
\*\*Gen1665  
\*\*Halaē1762  
\*\*Bip3  
\*\*Cardó



# L. ANNAEI SENECAE

## De clementia

### Liber I

1 Scribere de clementia, Nero Caesar, institui, ut quodam modo speculi uice fungerer et te tibi ostenderem peruenturum ad uoluptatem maximam omnium. Quamuis enim recte factorum uerus fructus sit fecisse nec ullum uirtutum pretium dignum illis extra ipsas sit, iuuat inspicere et circumire bonam conscientiam, tum inmittere oculos in hanc inmensam multitudinem discordem, seditionem, inpotentem, in perniciem alienam suamque pariter exultanturam, si hoc iugum fregerit, \*\*\* ita loqui secum:

2 «Egone ex omnibus mortalibus placui electusque sum qui in terris deorum uice fungerer? Ego uitae necisque gentibus arbiter? Qualem quisque sortem statumque habeat in mea | manu positum est; quid cuique mortalium fortuna datum uelit meo ore pronuntiat; ex nostro responso laetitiae causas populi urbesque concipiunt; nulla pars usquam nisi uolente propitioque me floret; haec tot milia gladiatorum, quae pax mea comprimit, ad nutum meum stringuntur; quas nationes funditus excidi, quas transportari, quibus libertatem dari, quibus eripi, quos reges mancipia fieri quorumque capiti regum circumdari decus oporteat, quae ruant urbes, quae orientur, mea iuris dictio est. 3 In hac tanta facultate rerum non ira me ad iniqua supplicia compulit, non iuuenilis impetus, non temeritas hominum et contumacia, quae saepe tranquillissimis quoque

LB ANNEI SENECE DEBENEFICI / LIB. VII. EXPL. / INCIP. LIB. I DECLEMENTIA / FELICITER N 6 hanc **recc** : hac N 8 *lacunam statui* : ita N et ita **Rossi604 Vat4086** c<sup>p</sup> 10 necisque gentibus N<sup>2</sup> : necis quigentibus N<sup>1</sup> 12 mortalium R<sup>2</sup> : motalium N | fortuna R : fortuna## (*fort. ex fortunatû*) N<sup>c</sup> 15 gladiatorum quae N<sup>2</sup> : gradiorumq: N<sup>1</sup> 21 tranquillissimis **AFL<sup>c</sup>Q** : tranquilissimi N<sup>1</sup> tranquillissimis N<sup>3</sup>

5 pectoribus patientiam extorsit, non ipsa ostentandae per terrores  
 potentiae dira, sed frequens magnis imperiis gloria. Conditum,  
 immo, constrictum apud me ferrum est, summa parsimonia etiam  
 uilissimi sanguinis; nemo non, cui alia desunt, hominis nomine  
 126v apud me gratosus est. <sup>4</sup> Seueritatem abditam, at clementiam in  
 10 procinctu habeo; sic me custodio tamquam legibus, quas ex situ ac  
 tenebris in lucem euocauit, rationem redditurus sim. Alterius aetate  
 prima motus sum, alterius ultima; alium dignitati donauit, alium  
 humilitati; quotiens nullam inueneram misericordiae causam, |  
 mihi peperci. Hodie diis immortalibus, si a me rationem repetant,  
 adnumerare genus humanum paratus sum».

15 <sup>5</sup> Potes hoc, Caesar, audacter praedicare: omnia quae in fidem  
 tutelam<que tuam uenerunt tuta ha>beri, nihil per te neque ui  
 neque clam adimi rei p. Rarissimam laudem et nulli adhuc princi-  
 20 pum concessam concupisti: innocentiam. Non perdit operam nec  
 bonitas ista tua singularis ingratos aut malignos aestimatores nanc-  
 ta est; refertur tibi gratia: nemo unus homo uni homini tam carus  
 umquam fuit quam tu p.R., magnum longumque eius bonum. <sup>6</sup> Sed  
 ingens tibi onus inposuisti: nemo iam diuum Augustum nec Ti.  
 Caesaris prima tempora loquitur nec, quod te imitari uelit, exem-  
 plar extra te quaerit: principatus tuus ad gustum exigitur. Difficile  
 hoc fuisset, si non naturalis tibi ista bonitas esset, sed ad tempus  
 sumpta: nemo enim potest personam diu ferre. Ficta cito in natu-  
 ram suam reccidunt; quibus ueritas subest quaeque, ut ita dicam,

3 et 5 apud **R** : aput **N** 5 at **N**<sup>2</sup> : ac **N**<sup>1</sup> 6 ex situ **Q** : exitu **N** 7 in lucem euocauit **N**<sup>2</sup>  
 : in luce me uocauit **N**<sup>1</sup> | sim **N**<sup>2</sup> : sum **N**<sup>1</sup> 9 humilitati **R** : humiliti **N**<sup>1</sup> humilitati  
**N**<sup>1c</sup> 10 peperci **N**<sup>c</sup> : perperci **N**<sup>1</sup> 13 *suppl.* **Ger** (ex  $\zeta^p$ ) : tute lâberj **N**<sup>1</sup> (lâberj **N**<sup>2</sup>)  
 tutelamque tuam uenerunt  $\zeta^p$  14 clam adimi **Haupt2** : clamati **N** 14-15 principum  
**N**<sup>2</sup> : principium **N**<sup>1</sup> 15 perdit **N**<sup>1</sup> perdis **N**<sup>2</sup> 16 singularis **N**<sup>2</sup> : singulari **N**<sup>1</sup> | aesti-  
 matores **N**<sup>1</sup> : estimatores **N**<sup>2</sup> 17 tibi gratia **N**<sup>2</sup> : tigratia **N**<sup>1</sup> 19 ingens **ALTQ** : indi-  
 gens **N** | onus **N**<sup>c</sup> : honus **N**<sup>1</sup> | nemo **R** : nemo ##### (rasura 3-4 litt.) **N**<sup>c</sup> nemo  
 <nemo> **Baeh2** 21 gustum **N** : <anni> gustum **Lips0** gustum <sui> **Ger** (dub.  
 app.) 22 fuisset **N**<sup>2</sup> : fuisse **N**<sup>1</sup> 23-24 naturam **R** : # naturam (a ras. **N**<sup>1</sup> ?) **N**<sup>c</sup>

ex solido enascuntur, tempore ipso in maius meliusque procedunt.  
 7 Magnam adibat aleam p.R., cum incertum esset quo se ista tua  
 nobilis indoles daret; iam uota publica in tuto sunt nec enim peri-  
 culum est ne te subita tui capiat obliuio. Facit quidem audios nimia  
 felicitas, nec | tam temperatae cupiditates sunt umquam ut in eo,  
 quod contingit, desinant; gradus a magnis ad maiora fit et spes  
 improbissimas conplectuntur insperata adsecuti; omnibus tamen  
 nunc ciuibus tuis et haec confessio exprimitur, esse felices, et illa,  
 nihil iam his accedere bonis posse, ut perpetua sint. 8 Multa illos  
 cogunt ad hanc confessionem, qua nulla in homine tardior est:  
 securitas alta, affluens, ius supra omnem iniuriam positum; obu-  
 ersatur oculis laetissima forma rei p., cui ad summam libertatem  
 nihil deest nisi pereundi licentia. 9 Praecipue tamen aequalis ad  
 maximos imosque peruenit clementiae tuae admiratio: cetera enim  
 bona pro portione fortunae suae quisque sentit aut expectat maiora  
 minoraque, ex clementia omnes idem sperant; nec est quisquam  
 cui tam ualde innocentia sua placeat, ut non stare in conspectu cle-  
 mentiam paratam humanis erroribus gaudeat.

5  
127r

10

15

2 Esse autem aliquos scio qui clementia pessimum quemque  
 putent sustineri, quoniam nisi post crimen superuacua est et sola haec  
 uirtus inter innocentes cessat. Sed primum omnium, sicut medicinae  
 apud aegros usus, etiam apud sanos honor est, ita clementiam, quam-  
 uis poena digni inuocent, etiam innocentes colunt. Deinde habet  
 haec | in persona quoque innocentium locum, quia interim fortuna  
 pro culpa est, nec innocentiae tantum clementia succurrit, sed saepe

20

127v

25

1 meliusque N<sup>2</sup> : melius N<sup>1</sup> <ac> melius Pré (dub. app.) 2 quo se ista tua Ha : quos  
 estatus N<sup>1</sup> quo se status dist. N<sup>2</sup> 4 nimia N<sup>2</sup> : nimi N<sup>1</sup> 6 contingit N : contigit  
 Mar174 | gradus N<sup>2</sup> : gratus N<sup>1</sup> 7 adsecuti N<sup>1c</sup> : adsecuta N<sup>1</sup> 9 ut N : nisi ut LT 11  
 affluens N<sup>1</sup> : affluens N<sup>2</sup> 11-12 obuersatur ATQ : obuersatur N<sup>1</sup> obuersabatur N<sup>2</sup> 12  
 forma rei p̄ N<sup>2</sup> : formaret p̄s N<sup>1</sup> 13 pereundi licentia Eras2 : per eum diligentia N |  
 aequalis N<sup>2</sup> : aequales N<sup>1</sup> 17 placeat N<sup>2</sup> : placea N<sup>1</sup> 19 clementia N : clementiam  
 Mar268 20 sustineri N<sup>2</sup> : sustinere N<sup>1</sup> 22 apud R : apud N (bis) 23 etiam N<sup>1c</sup> : etam  
 N<sup>1</sup> 25 innocentiae tantum Mar268 : innocentia aetatum N<sup>1</sup> innocenti aetati N<sup>2</sup>

5 uirtuti, quoniam quidem condicione temporum incidunt quaedam  
 quae possint laudata puniri. Adice quod magna pars hominum est  
 quae reuerti ad innocentiam possit, si \*\*\*. <sup>2</sup> Non tamen uulgo ignos-  
 cere decet: nam, ubi discrimen inter malos bonosque sublaturum est,  
 confusio sequitur et uitiorum eruptio; itaque adhibenda moderatio est,  
 quae sanabilia ingenia distinguere a deploratis sciat. Nec promiscuam  
 habere ac uulgarem clementiam oportet nec abscisam: nam tam  
 omnibus ignoscere crudelitas quam nulli. Modum tenere debemus,  
 10 sed, quia difficile est temperamentum, quidquid aequo plus futurum  
 est in partem humaniorem praeponderet.

15 <sup>3</sup> Sed haec suo melius loco dicentur. Nunc in tres partes  
 omnem hanc materiam diuidam: prima erit †manu missionis† \*\*\*;  
 128r secunda <ea> quae naturam clementiae habitumque demonstret:  
 nam, cum sint uitia quaedam uirtutes imitantia, non possunt secer-  
 ni, nisi signa, quibus dinoscantur, inpresseris; tertio loco quaere-  
 mus quomodo ad hanc uirtutem perducatur animus, quomodo l  
 confirmet eam et usu suam faciat.

20 <sup>2</sup> Nullam ex omnibus uirtutibus homini magis conuenire, cum  
 sit nulla humanior, constet necesse est non solum inter nos, qui  
 hominem, sociale animal, communi bono genitum uideri uolu-  
 mus, sed etiam inter illos qui hominem uoluptati donant, quorum  
 omnia dicta factaque ad utilitates suas spectant: nam, si quietem  
 petit et otium, hanc uirtutem naturae suae nactus est, quae pacem  
 amat et manus retinet. <sup>3</sup> Nullum tamen clementia ex omnibus

2 adice N<sup>2</sup> : adici N<sup>1</sup> 3 reuerti ad R : reuer##tiad N<sup>c</sup> | lacunam statuit Grut2  
 poenae remissio fuerit suppl. Bas 4 inter N<sup>1c</sup> : iter N<sup>1</sup> | bonosque N<sup>2</sup> : bonos-  
 quae N<sup>1</sup> 7 uulgarem N<sup>2</sup> : uulgare N<sup>1</sup> 10 partem N<sup>2</sup> : parte N<sup>1</sup> 12 diuidam N<sup>2</sup> :  
 deuitam N<sup>1</sup> | lacunam suspicatus est Lips3, crucem adposuit Ger : manus  
 iniiectionis Madv2 in ani<mi re>missi bonis Thom manus remissioris Mazz1  
 13 suppl. Ger : secundae atque N<sup>1</sup> secunda quae N<sup>2</sup> | demonstret recc : de-  
 monstrent N 15-16 quaeremus CT : querimus N<sup>1</sup> quaerimus N<sup>2</sup> 17 confirmet  
 N<sup>1c</sup> : confrmet N<sup>1</sup> 18 homini magis LQ<sup>c</sup> : homini N 20 communi bono genitum  
 N<sup>2</sup> : commune ibono genito N<sup>1</sup>



magis quam regem aut principem decet. Ita enim magnae uires decori gloriaeque sunt, si illis salutaris potentia est: nam pestifera uis est ualere ad nocendum.

Illius demum magnitudo stabilis fundataque est quem omnes tam supra se esse quam pro se sciunt, cuius curam excubare pro salute singulorum atque uniuersorum cotidie experiuntur, quo procedente non, tamquam malum aliquod aut noxium animal e cubili prosilierit, diffugiunt, sed tamquam ad clarum ac beneficum sidus certatim aduolant. Obicere se pro illo mucronibus insidiantium paratissimi et substernere corpora sua, si per stragem illi humanam iter ad salutem struendum sit, somnum eius nocturnis excubiis muniunt, latera obiecti circumfusique defendunt, incurrentibus periculis se opponunt. <sup>4</sup> Non est hic sine ratione populis urbibusque consensus sic protegendi amandique regis et se suaque iactandi quocumque desiderauit imperantis salus; nec haec uilitas sui est aut dementia pro uno capite tot milia excipere ferrum ac multis mortibus unam animam redimere, non numquam senis et inualidi. <sup>5</sup> Quemadmodum totum corpus animo deseruit et, cum hoc tanto maius tantoque speciosius sit, ille in occulto maneat tenuis et in qua sede latitet incertus, tamen manus, pedes, oculi negotium illi gerunt, illum haec cutis munit, illius iussu iacemus aut inquieti discurremus, cum ille imperauit, siue auarus dominus est, mare lucri causa scrutamur, siue ambitiosus, iam dudum dextram flammis obiecimus aut uoluntariam sub*iuimus* mortem aut \*\*\* sub*siluimus*, sic haec inmensa multitudo unius animae circumdata illius spiritu regitur, illius ratione flectitur pressura se ac fractura

*I* uires **N<sup>1c</sup>** : uiri **N<sup>1</sup>** 2 gloriaeque **N<sup>2</sup>** : gloriae quae **N<sup>1</sup>** 3 nocendum **N<sup>1c</sup>** : nocendum **N<sup>1</sup>** 7 malum **N<sup>2</sup>** : malo **N<sup>1</sup>** 8 beneficum **N<sup>2</sup>** : beneficium **N<sup>1</sup>** 13 opponunt **N<sup>2</sup>** : opununt **N<sup>1</sup>** opponunt **N<sup>1c</sup>** 14 regis **Ger** : reges **N** 17 inualidi **N<sup>2</sup>** : inualidis **N<sup>1</sup>** 20 manus **N<sup>c</sup>** : magnus **N<sup>1</sup>** 21 inquieti **N<sup>1c</sup>** : inquietis **N<sup>1</sup>** 24-25 *suppleui* : <mortem oppetiuiimus \*\*> subsiluimus **Ha** <in mortem> subsiluimus **Alex** 25 unius animae **Eras2** : unius anima **N** uni ut animo **Leo** 25-26 circumdata **recc** : circa data **N**

uiribus suis, nisi consilio sustineretur. **4** Suam itaque incolumitatem amant, cum pro uno homine denas legiones in aciem deducunt, cum in primam frontem procurrunt et aduersa uulneribus pectora ferunt, ne imperatoris sui signa uertantur. Ille est enim uinculum per quod res p. cohaeret, ille spiritus uitalis quem haec tot milia trahunt, | nihil ipsa per se futura nisi onus et praeda, si mens illa imperii subtrahatur:

«Rege incolumi mens omnibus una;  
amisso rupere fidem».

**2** Hic casus Romanae pacis exitium erit, hic tanti fortunam populi in ruinas aget: tam diu ab isto periculo aberit hic populus, quam diu sciet ferre frenos, quos si quando abruperit uel aliquo casu discussos reponi sibi passus non erit, haec unitas et hic maximi imperii contextus in partes multas dissiliet, idemque huic urbi finis dominandi erit qui parendi fuerit. **3** Ideo principes regesque et quocumque alio nomine sunt tutores status publici non est mirum amari ultra priuatas etiam necessitudines: nam, si sanis hominibus publica priuatis potiora sunt, sequitur ut is quoque carior sit in quem se res p. conuertit. Olim enim ita se induit rei p. Caesar ut seduci alterum non posset sine utriusque pernicie: nam et illi uiribus opus est et huic capite.

**5** Longius uidetur recessisse a proposito oratio mea, at mehercules rem ipsam premit. Nam, si, quod adhuc colligit, tu animus rei p. tuae es, illa corpus tuum, uides, ut puto, quam necessaria sit clementia: tibi enim parcis, cum uideris alteri parcere. Parcendum itaque est etiam improbandis ciuibus non aliter quam membris languentibus et, si quando misso sanguine opus est, sustinenda est <manus>.

2 denas **N** : densas **Ger** deuotas **Leo** 5 per quod resp · **N**<sup>2</sup> : peioresp · **N**<sup>1</sup> quo res publica **Ger** 6 futura **N**<sup>1c</sup> : futuru **N**<sup>1</sup> 8 **VERG.** g. *IV*, 212-213 | incolumi **N**<sup>1</sup> : incolumi **N**<sup>c</sup> 13 discussos **N**<sup>2</sup> : discussus **N**<sup>1</sup> 15 principes **N**<sup>2</sup> : principis **N**<sup>1</sup> 17 amari **N**<sup>2</sup> : ari **N**<sup>1</sup> 18 is **N**<sup>2</sup> : his **N**<sup>1</sup> 19 res p. **N**<sup>1c</sup> : re sp(iritus) **N**<sup>1</sup> 19-20 ut seduci **N**<sup>2</sup> : uis educi **N**<sup>1</sup> 20 et **A** : ut **N** 21 huic **N**<sup>2</sup> : hic **N**<sup>1</sup> 23 colligit **N** : colligitur **ζ**<sup>f</sup> 27 *suppl.*  
**Ha** : acies *suppl.* **Pré**

ne ultra quam | necesse sit incidat. <sup>2</sup> Est ergo, ut dicebam, clementia omnibus quidem hominibus secundum naturam, maxime tamen decora inperatoribus quanto plus habet apud illos quod seruet quantoque in maiore materia apparet. Quantulum enim nocet priuata crudelitas! principum saeuitia bellum est. <sup>3</sup> Cum autem uirtutibus inter se sit concordia nec ulla altera melior aut honestior sit, quaedam tamen quibusdam personis aptior est. Decet magnanimitas quemlibet mortalem, etiam illum infra quem nihil est; quid enim maius aut fortius quam malam fortunam retundere? haec tamen magnanimitas in bona fortuna laxiorem locum habet meliusque in tribunali quam in plano conspicitur. 129v

<sup>4</sup> Clementia, in quamcumque domum peruenerit, eam felicem tranquillamque praestabit, sed in regia, quo rarior, eo mirabilior. Quid enim est memorabilius quam eum cuius irae nihil obstat, cuius grauiori sententiae ipsi qui pereunt adsentiuntur, quem nemo interpellaturus est, immo, si uehementius excanduit, ne deprecaturus est quidem, ipsum sibi manum inicere et potestate sua in melius placidiusque uti hoc ipsum cogitantem: «Occidere contra legem nemo non potest, seruare nemo praeter me»? <sup>5</sup> Magnam fortunam magnus animus decet, | qui, nisi se ad illam extulit et altior stetit, illam quoque infra ad terram deducit; magni autem animi proprium est placidum esse tranquillumque et iniurias atque offensiones superne despiciere. Muliebre est furere in ira, ferarum uero et <ne> generosarum quidem praemordere et urguere proiectos. 5

Elephanti leonesque transeunt, quae inpulerunt; ignobilis bestiae pertinacia est. <sup>6</sup> Non decet regem saeua nec inexorabilis ira (non 10 15 20 130r 25

| incidat **Bas14<sup>c</sup>** ζ<sup>G</sup> : insidat **N Pré 3** apud **R** : haput **N<sup>1</sup>** apud **N<sup>2</sup>** 6 inter se sit **Eras2** : inter **N<sup>1</sup>** inter sit **N<sup>c</sup>** inter se ζ<sup>F</sup> | melior aut **N<sup>2</sup>** : meliora ut **N<sup>1</sup>** 8 mortalem **N<sup>2</sup>** : mortale **N<sup>1</sup>** 13 tranquillamque **N<sup>c</sup>** : tranquillamque **N<sup>1</sup>** | eo mirabilior **N<sup>2</sup>** : omirabilior **N<sup>1</sup>** 18 cogitantem **N<sup>2</sup>** : cogitante **N<sup>1</sup>** 20 se ad **N<sup>2</sup>** : sed ad **N<sup>1</sup>** 21 infra ad terram **Mar67** *dub. praetuli* : infra terram **N** in terram **Lips3** infra **Ha** 22 placidum **N<sup>2</sup>** : placitum **N<sup>1</sup>** 23 despiciere **N<sup>2</sup>** : dispicere **N<sup>1</sup>** 24 *suppl.* **Ha** | generosarum **N<sup>1c</sup>** : ninerosarum **N<sup>1</sup>** 25 ignobilis **N<sup>2</sup>** : ignobiles **N<sup>1</sup>**

5 multum enim supra eum eminent, cui se irascendo exaequat); at si  
 dat uitam, <si> dat dignitatem periclitantibus et meritis amittere,  
 facit quod nulli nisi rerum potenti licet: uita enim etiam superiori  
 eripitur, numquam nisi inferiori datur. <sup>7</sup> Seruare proprium est  
 excellentis fortunae, quae numquam magis suspici debet quam  
 cum illi contigit idem posse quod diis, quorum beneficio in lucem  
 edimur tam boni quam mali. Deorum itaque sibi animum adserens  
 princeps alios ex ciuibus suis, quia utiles bonique sunt, libens  
 uideat, alios in numerum relinquat; quosdam esse gaudeat, quos-  
 10 dam patiatur.

130v **6** Cogitato in hac ciuitate, in qua turba, per latissima itinera  
 sine intermissione defluens, eliditur quotiens aliquid obstitit  
 15 quod cursum eius uelut torrentis rapidi moraretur, in qua tribus  
 eodem tempore theatris uilae postulatur, in qua consumitur  
 quidquid terris omnibus aratur, quanta solitudo ac uastitas futura  
 sit, si nihil relinquatur nisi quod iudex seuerus absoluerit. <sup>2</sup>  
 Quotus quisque ex quaesitoribus est qui non ex ipsa ea lege  
 teneatur qua quaerit? quotus quisque accusator uacat culpa? Et  
 nescio an nemo ad dandam ueniam difficilior sit quam qui illam  
 20 petere saepius meruit. <sup>3</sup> Peccaui omnes, alii grauia, alii leuio-  
 ra, alii ex destinato, alii forte impulsu aut aliena nequitia ablati,  
 alii in bonis consiliis parum fortiter stetimus et innocentiam inui-  
 ti ac retinentes perdidimus; nec deliquimus tantum, sed usque ad  
 extremum aeuu delinquemus. <sup>4</sup> Etiam si quis tam bene iam pur-  
 25 gauit animum ut nihil obturbare eum amplius possit ac fallere, ad  
 innocentiam tamen peccando peruenit.

*I* eminent **N<sup>c</sup>** : eminit **N<sup>1</sup>** | at **N<sup>2</sup>** : ad **N<sup>1</sup>** 2 *suppl.* **Ven1492** : uitat **N<sup>1</sup>** uitam **N<sup>1c</sup>** |  
 amittere **N<sup>2</sup>** : admittere **N<sup>1</sup>** 5 suspici **N<sup>1c</sup>** : suscepici **N<sup>1</sup>** | debet **N<sup>c</sup>** : deuet **N<sup>1</sup>** 7 ani-  
 mum **N<sup>1c</sup>** : animum **N<sup>1</sup>** 11 Cogitato **T** : Cogitate **N** Cogita tu **Lips3** 12 eliditur **AQ<sup>c</sup>**  
 : eligitur **N** 14 theatris uilae postulatur **CALT** : theatrisui ¶ aepostolantur **N** thea-  
 tris caeuae postulatur **Hos** 17 quotusquisque **N<sup>2</sup>** : quodtuquisquae **N<sup>1</sup>** | quaesito-  
 ribus **ζ<sup>p</sup>** : quaestoribus **N** | ex ipsa ea **N<sup>1</sup>** : ex ipsa **N<sup>2</sup>** ipsa ea **Eras2** | lege **N<sup>1c</sup>** : legi  
**N<sup>1</sup>** 21 aliena **N<sup>1c</sup>** : alieni **N<sup>1</sup>** 23 deliquimus **P<sup>c</sup>AT** : derelinquimus **N** 24 delinque-  
 mus **Lips** : delinquæmus **N<sup>1</sup>** delinquimus **N<sup>2</sup>** 25 fallere **N<sup>c</sup>** : pallere **N<sup>1</sup>**

7 Quoniam deorum feci mentionem, optime hoc exemplum principi constituam, ad quod formetur, ut se talem esse ciuibus quales sibi deos uelit. Expedit ergo habere inexorabilia peccatis atque erroribus numina, expedit usque ad ultimam infesta perniciem? Et quis regum erit tutus cuius non membra haruspices colligant? <sup>2</sup> Quod si dii placabiles et aequi delicta potentium non statim fulminibus persequuntur, quanto | aequius est hominem hominibus praepositum miti animo exercere imperium et cogitare uter mundi status gratior oculis pulchriorque sit, sereno et puro die, an cum fragoribus crebris omnia quatiuntur et ignes hinc atque illinc micant! Atqui non alia facies est quieti moratique imperi quam sereni caeli et nitentis. <sup>3</sup> Crudele regnum turbidum tenebrisque obscurum est, inter trementes et ad repentinum sonitum expauescentes ne eo quidem qui omnia perturbat inconcusso.

5

131r

10

15

Facilius priuatis ignoscitur pertinaciter se uindicantibus: possunt enim laedi dolorque eorum ab iniuria uenit; timent praeterea contemptum et non rettulisse laedentibus gratiam infirmitas uideatur, non clementia; at cui ultio in facili est, is omissa ea certam laudem mansuetudinis consequitur. <sup>4</sup> Humili loco positus exercere manum, litigare, in rixam procurrare ac morem irae suae gerere liberius est: leues inter paria ictus sunt; regi uociferatio quoque uerborumque intemperantia non ex maiestate est.

20

3 deos N<sup>2</sup> : deus N<sup>1</sup> | uelit N<sup>c</sup> : uellit N<sup>1</sup> | expedit N<sup>2</sup> : expetit N<sup>1</sup> 4 numina N<sup>2</sup> : nomina N<sup>1</sup> | expedit usque ad N<sup>2</sup> : expeditus quae N<sup>1</sup> expedit usquae N<sup>c</sup> 5 Et quis N : Ecquis Pinc | regum N<sup>2</sup> : regnum N<sup>1</sup> | tutus N<sup>2</sup> : totus N<sup>1</sup> tutus? dist. Madv2 | cuius — colligant (u. 6) N : cuius — colligent? Madv2 | haruspices N<sup>2</sup> : harruspices N<sup>1</sup> 6 aequi Q : aequae N 8 miti N<sup>2</sup> : mitti N<sup>1</sup> 10 fragoribus N<sup>1c</sup> : fracoribus N<sup>1</sup> | ignes N<sup>2</sup> : ignis N<sup>1</sup> 11-12 moratique N : moderatique T 12 imperi N<sup>1</sup> : imperii N<sup>2</sup> 14 perturbat N<sup>2</sup> : praeturbat N<sup>1</sup> 17 laedi CA : leti N 18 contemptum N<sup>2</sup> : contemptu N<sup>1</sup> | gratiam N : <malam> gratiam Step iniuriam Festa 19 at N<sup>2</sup> : ad N<sup>1</sup> | est is omissa ea certam N<sup>2</sup> : estis omissae accerta N<sup>1</sup> 21 litigare N<sup>2</sup> : ligare N<sup>1</sup> | morem N<sup>2</sup> : mor## N<sup>1</sup> | irae N<sup>2</sup> : mirae N<sup>1</sup> 22 uociferatio N<sup>1c</sup> : uociferati N<sup>1</sup> 23 uerborumque N<sup>c</sup> : uerborum quae N<sup>1</sup>



131v **8** Graue putas eripi loquendi arbitrium regibus, quod humillimi  
 5 habent. «Ista – inquis – seruitus est, non imperium». Quid? tu non  
 experiris istud nobilem esse tibi seruitutem? Alia condicio est  
 eorum qui in turba quam non excedunt latent, quorum | et uirtutes,  
 ut appareant, diu luctantur et uitia tenebras habent; uestra facta  
 dictaque rumor excipit et ideo nullis magis curandum est qualem  
 10 famam habeant quam qui, qualemcumque meruerint, magnam  
 habituri sunt. <sup>2</sup> Quam multa tibi non licent quae nobis beneficio  
 tuo licent! Possum in qualibet parte urbis solus incedere sine timore,  
 15 quamuis nullus sequatur comes, nullus sit domi, nullus ad latus  
 gladius; tibi in tua pace armato uiuendum est. Aberrare a fortuna  
 tua non potes: obsidet te et quocumque descendis magno apparatu  
 sequitur. <sup>3</sup> Est haec summae magnitudinis seruitus, non posse fieri  
 minorem, sed cum diis tibi communis ipsa necessitas est. Nam  
 20 illos quoque caelum adligatos tenet nec magis illis descendere  
 datum est quam tibi tutum: fastigio tuo adfixus es. <sup>4</sup> Nostros motus  
 pauci sentiunt, prodire nobis ac recedere et mutare habitum sine  
 sensu publico licet; tibi non magis quam soli latere contingit.  
 Multa contra te lux est, omnium in istam conuersi oculi sunt; pro-  
 25 dired te putas? oreris! <sup>5</sup> Loqui non potes nisi ut uocem tuam quae  
 ubique sunt gentes excipiant, irasci non potes nisi ut omnia tre-  
 mant, quia neminem adfliges nisi ut quidquid circa fuerit quatatur.  
 132r Vt fulmina paucorum periculo cadunt, omlnium metu, sic animadu-  
 ersiones magnarum potestatum terrent latius quam nocent, non

2 inquis **T** : inquit **N** 3 nobilem esse **Wil** : nobis esse **N** 4 quorum et **R** : quorum  
 ### **J** et **N**<sup>c</sup> 6 dictaque **N**<sup>2</sup> : dic quae **N**<sup>1</sup> 7 magnam **N**<sup>2</sup> : Magna **N**<sup>1</sup> 9-10 sine  
 timore **N**<sup>2</sup> : inatimore **N**<sup>1</sup> 10 sit domi **N** (*locus suspectus*) : <custos> sit domi  
**Wsg** sit dolo(n) mihi **Hos2** (*app.*) 11 gladius **N**<sup>2</sup> : gladios **N**<sup>1</sup> 12 potes **R** :  
 po#tes# **N**<sup>c</sup> | quocumque **N**<sup>c</sup> : quocumquae **N**<sup>1</sup> 14 ipsa **N** : ista **Eras2** 16 tutum **N**  
 : tu item **Ger del. Mur** | es **N**<sup>1c</sup> : est **N**<sup>1</sup> 19 contra **N** : circa **Lips3** contra<cta  
 intra> **Mazz3** 20 putas **TQ** : putes **N** | oreris **N**<sup>1</sup> : oriris **N**<sup>2</sup> 21-22 tremant **Mur** :  
 praemant **N**<sup>1</sup> praemantur **N**<sup>2</sup> 22 quia **N**<sup>1</sup> : sic *ss.* **N**<sup>2</sup> | adfliges (*uel* adfligere) **Hal**  
 : adflige **N**<sup>1</sup> adfligere **N**<sup>2</sup> 23-24 animaduersiones magnarum **N**<sup>2</sup> : animaduersionis  
 magnorum **N**<sup>1</sup>

sine causa: non enim, quantum fecerit, sed quantum facturus sit, cogitatur in eo qui omnia potest.

<sup>6</sup> Adice nunc quod priuatos homines ad accipiendas iniurias opportunoiores acceptarum patientia facit, regibus certior est ex mansuetudine securitas, quia frequens uindicta paucorum odium opprimit, omnium iniritat. <sup>7</sup> Voluntas oportet ante saeuiendi quam causa deficiat, alioqui, quemadmodum praecisae arbores plurimis ramis repullulant et multa satorum genera ut densiora surgant reciduntur, ita regia crudelitas auget inimicorum numerum tollendo: parentes enim liberique eorum qui interfecti sunt et propinqui et amici in locum singulorum succedunt.

<sup>9</sup> Hoc quam uerum sit admonere te exemplo domestico uolo. Diuus Augustus fuit mitis princeps, si quis illum a principatu suo aestimare incipiat; in communi quidem rei p. gladium mouit, cum hoc aetatis esset, quod tu nunc es. Duodeuicensimum egressus annum iam pugiones in sinum amicorum absconderat, iam insidias M. Antonii consulis latus petierat, iam fuerat collega proscriptio- nis, <sup>2</sup> sed, cum annum quadragensimum transisset et in Gallia moraretur, delatum est ad eum indicium L. Cinnam, l stolidi inge- nii uirum, insidias ei struere; dictum est et ubi et quando et quem- admodum adgredi uellet (unus ex consciis deferebat). <sup>3</sup> Constituit se ab eo uindicare et consilium amicorum aduocari iussit. Nox illi inquieta erat, cum cogitaret adulescentem nobilem, hoc detracto integrum, Cn. Pompei nepotem, damnandum: iam unum hominem occidere non poterat cui M. Antonius proscriptionis edictum inter

<sup>3</sup> priuatos N<sup>2</sup> : priuatus N<sup>1</sup> | accipiendas N<sup>2</sup> : accipienda N<sup>1</sup> 8 repullulant PAFLQ<sup>c</sup>S : re##pu## / lulant N<sup>c</sup> 14 rei p· N : re publica Eras<sup>2</sup> rei p. <clade> Madv<sup>2</sup> | mouit, cum dist. AFLT : mouit. Cum Grut<sup>2</sup> 15 es. Duodeuicensimum dist. N<sup>2</sup> : es, duodeuicesimum A es, duodeuicen<simum annum ingressus; uicen>simum Pré 18 quadragensimum N : LX Wess | et in ψ S : in N 20 ubi et quando ψ S : ubi N 21 uellet N<sup>c</sup> : uellit N<sup>1</sup> 21-22 constituit se ALTSQ : constituisse N 25 cui Madv<sup>2</sup> : cum N | proscriptionis N<sup>c</sup> : pro- scriptionis N<sup>1</sup>



cenam dictarat! <sup>4</sup> Gemens subinde uoces uarias emittebat et inter  
 se contrarias: «Quid ergo? ego percussorem meum securum ambu-  
 lare patiar me sollicito? Ergo non dabit poenas qui tot ciuilibus  
 5 bellis frustra petum caput, tot naualibus, tot pedestribus proeliis  
 incolume, postquam terra marique pax parata est, non occidere  
 constituat, sed immolare?» (nam sacrificantem placuerat adoriri). <sup>5</sup>  
 Rursus silentio interposito maiore multo uoce sibi quam Cinnae  
 irascebatur: «Quid uiuis, si perire te tam multorum interest? quis  
 10 finis erit suppliciorum? quis sanguinis? Ego sum nobilibus adules-  
 centulis expositum caput in quod mucrones acuant: non est tanti  
 uita, si, ut ego non peream, tam multa perdenda sunt». <sup>6</sup>  
 Interpellauit tandem illum Liuia uxor et: «Admittis – inquit –  
 muliebre consilium? Fac quod medici solent, qui, ubi usitata reme-  
 133r dia non procedunt, temptant contraria. Seueritate nihil adhuc | pro-  
 15 fecisti: Saluidienum Lepidus secutus est, Lepidum Murena,  
 Murenam Caepio, Caepionem Egnatius, ut alios taceam quos tan-  
 tum ausos pudet. Nunc tempta quomodo tibi cedat clementia.  
 Ignosce L. Cinnae: deprensus est, iam nocere tibi non potest, prod-  
 esse famae tuae potest». <sup>7</sup> Gaius sibi quod aduocatum inuenerat,  
 20 uxori quidem gratias egit, renuntiari autem extemplo amicis  
 quos in consilium rogauerat imperauit et Cinnae unum ad se  
 arcessit dimissisque omnibus e cubiculo, cum alteram Cinnae poni  
 cathedram iussisset: «Hoc – inquit – primum a te peto, ne me  
 loquentem interpelles, ne medio sermone meo proclames; dabitur  
 25 tibi loquendi liberum tempus. <sup>8</sup> Ego te, Cinna, cum in hostium  
 castris inuenissem, non factum tantum mihi inimicum, sed natum,

/ dictarat **Pinc** : dictaret **N** 4-5 proeliis incolume **Mur** : praelii sin colume (?) **N**<sup>1</sup>  
 praeliis incolume **N**<sup>1c</sup> 5 terra **recc** : terram **N** | marique **N**<sup>2</sup> : mariquae **N**<sup>1</sup> | parata  
**N**<sup>1</sup> : parta **N**<sup>2</sup> 6 sacrificantem placuerat **N**<sup>2</sup> : sacrifican templa#cu / erat (a ras.?)  
**N**<sup>1</sup> 10 quod **N**<sup>1</sup> : quo **N**<sup>2</sup> 13-14 usitata remedia **N**<sup>2</sup> : usitare media **N**<sup>1</sup> 15  
 Saluidienum **T** : saluidenum **N** 16 egnatius **N** : ignatius **R** 17 pudet **N**<sup>2</sup> : putet **N**<sup>1</sup> |  
 cedat  $\psi$  **SQ** : caedat **N** 19 gaius **N**<sup>1c</sup> : cauisus **N**<sup>1</sup> 22 dimissisque **N**<sup>2</sup> : demissis-  
 que **N**<sup>1</sup> | e **N**<sup>2</sup> : se **N**<sup>1</sup> 24 sermone **N**<sup>1c</sup> : sermones **N**<sup>1</sup> 25 tibi **N**<sup>1c</sup> : tib **N**<sup>1</sup>

seruauī, patrimonium tibi omne concessi. Hodie tam felix et tam diues es ut uicto uictores inuideant. Sacerdotium tibi petenti praeteritis conpluribus quorum parentes mecum militauerant dedi. Cum sic de te meruerim, occidere me constituisti». <sup>9</sup> Cum ad hanc uocem exclamasset procul hanc ab se abesse dementia: «Non praestas – inquit – fidem, Cinna: conuenerat ne interloquereris. Occidere, inquam, me paras»; adiecit locum, socios, diem, ordinem insidiarum, cui commissum esset ferrum. <sup>10</sup> Et cum defixum uideret nec ex conuentione iam, sed ex conscientia tacentem: «Quo – inquit – hoc animo facis? ut ipse sis princeps? male mehercules cum p.R. agitur, si tibi ad inperandum nihil praeter me obstat: domum tueri tuam non potes (nuper libertini hominis gratia in priuato iudicio superatus es), adeo nihil facilius potes quam contra Caesarem aduocare. Cedo, si spes tuas solus inpedio: Paulusne te et Fabius Maximus et Cossi et Seruiliū ferent tantumque agmen nobilium non inania nomina praefereunt, sed eorum qui imaginibus suis decori sint?» <sup>11</sup> Ne totam eius orationem repetendo magnam partem uoluminis occupem (diutius enim quam duabus horis locutum esse constat, cum hanc poenam qua sola erat contentus futurus extenderet): «Vitam – inquit – tibi, Cinna, iterum do, prius hosti, nunc insidiatori ac parricidae. Ex hodierno die inter nos amicitia incipiat; contendamus utrum ego meliore fide tibi uitam dederim an tu debeas». <sup>12</sup> Post hoc detulit ultro consulatum, questus quod non auderet petere, amicissimum fidelissimumque habuit, heres solus illi fuit. Nullis amplius insidiis ab ullo petitus est.

*I* hodie **N**<sup>c</sup> : hodiae **N**<sup>1</sup> 7 socios **N**<sup>1c</sup> : socius **N**<sup>1</sup> 8 esset **N**<sup>1c</sup> : estset **N**<sup>1</sup> 9 uideret **N**<sup>2</sup> : uiderit **N**<sup>1</sup> 10 sis **N**<sup>2</sup> : sit **N**<sup>1</sup> 14 potes **N** : putas **Ha** | aduocare? *dist.* γ **Q** 15 inpedio **N**<sup>2</sup> : inpendio **N**<sup>1</sup> | Seruiliū **CT** : seruilia **N** Seruili iam **Pré** | ferent **N**<sup>2</sup> : ferem **N**<sup>1</sup> 18 repetendo **N**<sup>1c</sup> : repetendum **N**<sup>1</sup> | occupem γ : occupit **N**<sup>1</sup> occupet **N**<sup>2</sup> 22 inter nos **N**<sup>2</sup> : inter **N**<sup>1</sup> inter nos <uera> **Ger** (*dub. app.*) inter nos <integra> **Mazz2** 24 consulatum ψ : consulatus **N** | questus **CPAFTQ** : quaestus **N**

5 **10** Ignouit abauos tuos uictis: nam, si non ignouisset, quibus  
 134r inperasset? Sallustum et Cocceios et Dellios et totam chortem  
 primae admissionis ex aduersariorum castris conscripsit; iam  
 Domitios, Messalas, Asinios, Cicerones, quidquid floris erat in  
 10 cilitate clementiae suae debebat. Ipsum Lepidum quam diu mori  
 passus est! per multos annos tulit ornamenta principis retinentem  
 et pontificatum maximum non nisi mortuo illo transferri in se pas-  
 sus est: maluit enim illum honorem uocari quam spoliū. <sup>2</sup> Haec  
 eum clementia ad salutem securitatemque perduxit; haec gratum  
 ac fauorabilem reddidit, quamuis nondum subactis p.R. ceruicibus  
 15 manum inposuisset; haec hodieque praestat illi famam quae uix  
 uiuis principibus seruit. <sup>3</sup> Deum esse non tamquam iussi credimus;  
 bonum fuisse principem Augustum, bene illi parentis nomen  
 conuenisse fatemur ob nullam aliam causam quam quod contume-  
 lias quoque suas (quae acerbiores principibus solent esse quam  
 iniuriae) nulla crudelitate exsequeretur, quod probrosis in se dictis  
 20 adrisit, quod dare illum poenas apparebat, cum exigeret, quod quos-  
 cumque ob adulterium filiae suae damnauerat adeo non occidit ut  
 dimissis quo tutiores essent diplomata daret. <sup>4</sup> Hoc est ignoscere,  
 cum scias multos futuros qui pro te irascantur et tibi sanguine alie-  
 no gratificentur, non dare tantum salutem, sed praestare.  
 134v **11** Haec Augustus senex aut iam in senectutem l annis uergen-  
 tibus; in adulescentia caluit, arsit ira, multa fecit ad quae inuitus  
 oculos retorquebat. Comparare nemo mansuetudini tuae audebit  
 25 diuum Augustum, etiam si in certamen iuuenilium annorum

/ Ignouit abauos **Baeh2** : ignouitaba uos **N<sup>1</sup>** ignouit abauus **N<sup>2</sup>** | tuos **recc** : tuos **N**  
 2 Dellios (*uel* Deillios) **Lips3** : du ollios **N** | chortem **N** : cohortem **C** π **AFLQ** 3  
 primae **Mod** (*dub.*) : primam **N** 6 retinentem **N<sup>1c</sup>** : retinentes **N<sup>1</sup>** 8 honorem **R** :  
 honorem **N** 11 praestat **C** : praesta **N** 11-12 uix uiuis **R** : uix ei ibis **N** 13 fuisse  
**Baeh2** : esse **N** *om.* ψ 14 nullam aliam **N<sup>c</sup>** : nulla malitiā **N<sup>1</sup>** 18 occidit **N<sup>2</sup>** : occidi  
**N<sup>1</sup>** 19 dimissis **R** : demisisis **N<sup>1</sup>** dimisisis **N<sup>2</sup>** dimissis iis **Ger** 21 gratificentur **T** :  
 gratificantem **N** | salutem **R<sup>1</sup>** : salute **NR<sup>2</sup>** 23 arsit **N<sup>1c</sup>** : aruit **N<sup>1</sup>** | ad quae **CT** :  
 atque **N** 24 oculos **recc** : oculus **N** | mansuetudini φ π **FLQ** : mansuetudinae **N**

deduxerit eius senectutem plus quam maturam: fuerit moderatus et clemens, nempe post mare Actiacum Romano cruore infectum, nempe post fractas in Sicilia classes et suas et alienas, nempe post Perusinas aras et proscriptiones. <sup>2</sup> Ego uero clementiam non uoco lassam crudelitatem; haec est, Caesar, clementia uera, quam tu praestas, quae non saeuitiae paenitentia coepit: nullam habere maculam, numquam ciuilem sanguinem fudisse; haec est in maxima potestate uerissima animi temperantia et humani generis †conpraenditte sibi mor†: non cupiditate aliqua, non temeritate ingenii, non priorum principum exemplis corruptum, quantum sibi in ciues suos liceat experiendo temptare, sed hebetare aciem imperii sui. <sup>3</sup> Praestitisti, Caesar, ciuitatem incruentam et hoc quod magno animo gloriatus es, nullam te toto orbe stillam cruoris humani misisse, eo maius est mirabiliusque quod nulli umquam citius gladius commissus est. <sup>4</sup> Clementia ergo non tantum honestiores, sed tutiores praestat ornamentumque imperiorum est simul et certissima salus.

Quid enim est cur reges consenuerint liberisque ac nepotibus | tradiderint regna, tyrannorum execrabilis ac breuis potestas sit? | Quid interest inter tyrannum ac regem (species enim ipsa fortunae | ac licentia par est), nisi quod tyranni in uoluptatem saeuunt, reges | non nisi ex causa ac necessitate? **12** «Quid ergo? non reges quoque | occidere solent?» Sed quotiens id fieri publica utilitas persuadet;

*I* eius **Ger** : et **N del.** **Eras2** 4 Perusinas **T** : perusionas **N** 7 ciuilem **N<sup>c</sup>** : ciullem **N<sup>1</sup>** | fudisse **CPALTQ** : fuisse **N** 9 conpraenditte sibi mor *conrupte* **N** : comprehendens ut sui amor **Ger** (*dub.*) comprehendit te sibi <temperantissimum ti>mor **Alex** comprehendendi item sibi amor **Mazz3** 10 ingenii **Ger** (*ex ingeni Baeh1*) : incendii **N** | principum **N<sup>c</sup>** : principium **N<sup>1</sup>** 10-11 corruptum **Mur** : corruptis **N** 13-14 toto orbe **rece** : tot orbem **N** 14 eo maius **Mur** : comaius **N** 18 cur **LugdB1640** : cum **N** 19 tyrannorum **R** : tyrannorum **N<sup>1</sup>** tyranorum **N<sup>c</sup>** (*sim. u. 20*) | sit? *dist.* **Q** : sit **N** 20 regem (species — est), nisi — necessitate? (*u. 22*) *dist.* **Ger** : regem? species — est, nisi — necessitate **ALQ** 21 nisi **R** : ni **N** | tyranni **N<sup>c</sup>** : tyrranni **N<sup>1</sup>** | uoluptatem **ç<sup>p</sup>** : uoluptate **N** 23 solent **N** : solent? solent **T**

5 tyrannis saeuitia cordi est. Tyrannus autem a rege factis distat, non  
 nomine: nam et Dionysius maior iure meritoque praeferrere multis  
 regibus potest et L. Sullam tyrannum appellari quid prohibet, cui  
 occidendi finem fecit inopia hostium? <sup>2</sup> Descenderit licet e dictatu-  
 ra sua et se togae reddiderit, quis tamen umquam tyrannus tam  
 10 auide humanum sanguinem bibit quam ille, qui septem milia  
 ciuium Romanorum contrucidari iussit et, cum in uicino ad aedem  
 Bellonae sedens exaudisset conclamationem tot milium sub gladio  
 gementium, exterrito senatu: «Hoc agamus – inquit – P. C.; sedi-  
 tiosi pauculi meo iussu occiduntur»? Hoc non est mentitus: pauci  
 Sullae uidebantur. <sup>3</sup> Sed mox de Sulla, cum quaeremus quomodo  
 hostibus irascendum sit, utique si in hostile nomen ciues et ex  
 eodem corpore abrupti transierint. Interim, hoc quod dicebam cle-  
 135v mentia efficit, ut magnum inter regem tyrannumque discrimen sit, l  
 15 uterque licet non minus armis ualletur; sed alter arma habet quibus  
 in munimentum pacis utitur, alter ut magno timore magna odia  
 conpescat nec illas ipsas manus quibus se commisit securus aspi-  
 cit. <sup>4</sup> Contrariis in contraria agitur: nam, cum inuisus sit, quia time-  
 tur, timeri uult, quia inuisus est, et illo execrabili uersu qui multos  
 20 praecipites dedit utitur:

«Oderint, dum metuant»,

ignarus quanta rabies oriatur, ubi supra modum odia creuerunt.  
 Temperatus enim timor cohibet animos, assiduus uero et acer et  
 extrema admouens in audaciam iacentis excitat et omnia experiri

*l* tyrannis **N<sup>c</sup>**: tyrrannis **N<sup>1</sup>** (*sim. paulo post*) | distat **C**: dis (*f.uer.*) **N** 5 reddiderit  
**R**: redderit **N** 6 auide **N<sup>c</sup>**: hauide **N<sup>1</sup>** | bibit **R**: uiuit **N** 7 contrucidari **R**: contru-  
 citaturi **N<sup>1</sup>** contrucitari **N<sup>c</sup>** | iussit et, cum — occiduntur? (*u. 10*) *dist.* **Ger**: iussit?  
 Et cum — occiduntur **ALTQ** 8 gladio **R**: gaudio **N** 10 iussu **R**: iusso **N** 10-11  
 pauci Sullae **Lips**: paucis / ylle **N** 11 de Sulla **Lips**: desylla **N** *del.* **Lips3** | cum  
 quaeremus **Madv1**: consequeremus **N** consequemur  $\pi$  **AFL** 14-15 sit. Uterque  
*dist.* **Q** 15 non minus armis **R**: non minus ar (*f.uer.*) **N** dominus armis **Madv2**  
 conminus armis **Baeh2** | habet **N<sup>c</sup>**: habet et **N<sup>1</sup>** 18 nam cum **C**: Nan c **N** 19 uersu  
**recc**: uerso **N** 21 *Acc. Atr. 203 R<sup>2</sup> 24* excitat **recc**: excita **N**



suadet. <sup>5</sup> Sic feras linea et pinnae clusas contineant; easdem a tergo eques telis incessat: temptabunt fugam per ipsa quae fugerant proculcabuntque formidinem. Acerrima uirtus est quam ultima necessitas extundit; relinquat oportet securi aliquid metus multoque plus spei quam periculorum ostendet; alioqui, ubi quiescenti paria metuuntur, incurrere in pericula iuuat et <ut> aliena anima abuti. **13** Placido tranquilloque regi fida sunt auxilia sua, ut quibus ad communem salutem utatur, gloriosusque miles (publicae enim securitati se dare operam uidet) omnem laborem libens patitur ut parentis custos; at illum acerbum et sanguinarium necesse est grauentur stipatores sui. <sup>2</sup> Non potest habere quisquam bonae ac fidae uoluntatis ministros quibus in tormentis ut eculo et ferramentis ad mortem paratis utitur, quibus non aliter quam bestiis homines obiectat, omnibus reis aerumnosior ac sollicitior, ut qui homines deosque testes facinorum ac uindices timeat, eo perductus ut non liceat illi mutare mores. Hoc enim inter cetera uel pessimum habet crudelitas: perseuerandum est nec ad meliora patet regressus: scelera enim sceleribus tuenda sunt. Quid autem eo infelicius cui iam esse malo necesse est? <sup>3</sup> O miserabilem illum (sibi certe: nam ceteris misereri eius nefas sit) qui caedibus ac rapinis potentiam exercuit; qui suspecta sibi cuncta reddidit tam externa quam domestica, cum arma metuat, ad arma confugiens, non amicorum fidei credens, non pietati liberorum; qui, ubi circumspexit quaeque fecit quaeque facturus est et conscientiam suam plenam sceleribus ac tormentis adaperuit, saepe mortem

*I* linea **N**<sup>1c</sup> : lineas **N**<sup>1</sup> | pinnae **N** : pinna **AFLQ** | contineant easdem a tergo **Ger** : contineas demat ergo **N** contineas; easdem a tergo ζ<sup>F</sup> 2 telis **N**<sup>c</sup> : tellis **N**<sup>1</sup> 6 *suppl.* **Ha** 7 placido **recc** : placito **N** 9 dare **N**<sup>1c</sup> : dari **N**<sup>1</sup> | uidet **Ha** : uidem **N** uident **Pré** 10 at **R**<sup>3</sup> : ad **N** 12 ut **Ger** : et **N** 14 obiectat **CATSQ** : obiectant **N** | reis aerumnosior **Koch** : rerum noxior **N** | sollicitior **N**<sup>c</sup> : sollicitior **N**<sup>1</sup> 15 homines **recc** : homine **N** | uindices **R**<sup>3</sup> : uindicet **N** 16-17 pessimum **N**<sup>1c</sup> : pessima **N**<sup>1</sup> 19 illum (sibi certe: — sit) qui (*u.* 20) *distinxi* : illum, sibi certe! — sit, qui **Lips** 20 nam **N**<sup>1c</sup> : nam te **N**<sup>1</sup> | ceteris π **L** : ceteri **N** 21 reddidit **N**<sup>1c</sup> : retdidit **N**<sup>1</sup> 24 conscientiam **N**<sup>1c</sup> : conscientiam **N**<sup>1</sup> 25 saepe **R** : spe **N**<sup>1</sup> sepe **N**<sup>1c</sup>

136v timet, saepius optat, inuisior sibi quam seruiantibus. <sup>4</sup> E contrario,  
 5 is cui curae sunt uniuersa, qui alia magis, alia minus tuetur, nullam  
 non rei p. partem tamquam sui nutrit, inclinatus ad mitiora, etiam  
 si ex usu est animaduertere ostendens quam inuitus aspero reme-  
 dio manus admoueat, in cuius animo nihil hostile, nihil efferum  
 est, qui potentiam suam placide ac salutariter exercet, adprobare  
 imperia sua ciuibus cupiens, felix abunde sibi uisus si fortunam  
 suam publicarit, sermone adfabilis, aditu accessuque facilis, uoltu,  
 10 qui maxime populos demeretur, amabilis, aequis desideriis propen-  
 sus, etiam iniquis <non> acerbus, a tota ciuitate amatur, defenditur,  
 colitur. <sup>5</sup> Eadem de illo homines secreto locuntur quae palam, tol-  
 lere filios cupiunt et publicis malis sterilitas indicta recluditur;  
 bene se meriturum de liberis suis quisque non dubitat, quibus tale  
 saeculum ostenderit. Hic princeps suo beneficio tutus nihil praesi-  
 diis eget, arma ornamenta causa habet.

15 **14** Quod ergo officium eius est? quod bonorum parentum, qui  
 obiurgare liberos non numquam blande, non numquam minaciter  
 solent, aliquando admonere etiam uerberibus. Numquid aliquis  
 sanus filium a prima offensa exhereditat? nisi magnae et multae  
 20 iniuriae patientiam euicerunt, nisi plus est quod timet quam quod  
 damnat, non accedit ad decretorium stilum; multa ante temptat  
 quibus dubiam indolem et peiore iam loco positam reuocet; simul  
 deploratum est, ultima expelritur. Nemo ad supplicia exigenda  
 137r peruenit, nisi qui remedia consumpsit. <sup>2</sup> Hoc quod parenti, etiam  
 25 principi faciendum est, quem appellauimus Patrem Patriae non  
 adulatione uana adducti: cetera enim cognomina honori data sunt;  
 Magnos et Felices et Augustos diximus et ambitiosae maiestati

2 is **R** : # is **N<sup>c</sup>** | qui **N** : qui non **T** quamquam **Mur** qui <uix> **Euss** 3 inclina-  
 tus **CATQ** : inclinatus **N** 4 inuitus **CAQ** : inuidus **N** 6 adprobare **R** : adproba-  
 ret **N** adprobare et **Ger** 8 aditu **CQ** : aduti **N** | uoltu **N<sup>lc</sup>** : uolto **N<sup>1</sup>** 10 *suppl.*  
**Bent** 11 de illo **N<sup>lc</sup>** : illo **N<sup>1</sup>** 12 recluditur **N** : praecluditur **Wal** 13 suis quis-  
 que **Q** : suisque **N** 14 tutus **C γ Q** : totus **N** 18 aliquis **recc** : aliquid **N** 22  
 positam **recc** : posita **N**



quidquid potuimus titulorum congegimus illis hoc tribuentes; Patrem quidem Patriae appellauimus ut sciret datam sibi potestatem patriam, quae est temperatissima, liberis consulens suaque post illos reponens. <sup>3</sup> Tarde sibi pater membra sua abscidat, etiam cum absciderit reponi cupiat et in abscidendo gemat cunctatus multum diuque: prope est enim ut libenter damnet qui cito; prope est ut inique puniat qui nimis. **15** Trichonem equitem R. memoria nostra, quia filium suum flagellis occiderat, populus graphiis in foro confodit; uix illum Augusti Caesaris auctoritas infestis tam patrum quam filiorum manibus eripuit. <sup>2</sup> Tarium, qui filium deprensum in parricidi consilio damnauit causa cognita, nemo non suspexit, quod contentus exilio et exilio delicato Massiliae parricidam continuit et annua illi praestitit quanta praestare integro solebat; haec liberalitas effecit ut, in qua ciuitate numquam deest patronus peioribus, nemo dubitaret quin reus merito | damnatus esset, quem is pater damnare potuisset qui odisse non poterat. <sup>3</sup> Hoc ipso exemplo dabo quem compares bono patri: bonum principem. Cogniturus de filio Tarius aduocauit in consilium Caesarem Augustum; uenit in priuatos penates, adsedit, pars alieni consilii fuit, non dixit: «Immo in meam domum ueniat», quod si factum esset Caesaris futura erat cognitio, non patris. <sup>4</sup> Audita causa excussisque omnibus, et is quae adulescens pro se dixerat et is quibus arguebatur, petiit ut sententiam suam quisque scriberet, ne ea omnium fieret quae Caesaris fuisset; deinde, priusquam aperirentur codicilli, iurauit se Tari, hominis locupletis, hereditatem non

5

10

15

137v

20

25

/ illis N : illi **Kron1** 3 temperatissima **CALT** : temperantissima N 4 Tarde sibi **CQ** : tradis ibi N 5 reponi **Q** : repune N reponere C ψ 6 multum **N<sup>1c</sup>** : multus **N<sup>1</sup>** | est C ψ **S** : es N 7 Trichonem **Lips3** : TRIXONem N 11 deprensum **N<sup>1c</sup>** : deprehensum **N<sup>1</sup>** | parricidi **Madv2** : parcidio N 12 delicato **N<sup>1</sup>** : deligato **N<sup>1c</sup>** | Massiliae **AFQ** : mansiliae N 13 praestitit **recc** : praestetit N | integro **N<sup>1c</sup>** : intecro **N<sup>1</sup>** 14 effecit **recc** : efficit N | numquam **R** : numquam numquam N 15 dubitaret **R** : dubitarit N 16 is pater **R<sup>c</sup>** : ipsa ter N 22 is ... is *scripsi* (ex iis ... iis **Cal**) : his ... his N 24 fieret **R** : fierit N 25 se Tari **Pré** : sedari N se Tarii **R<sup>3</sup>** | hominis **CTQ** : homini N

adituum. <sup>5</sup> Dicet aliquis: «Pusillo animo timuit ne uideretur locum spei suae aperire uelle fili damnatione». Ego contra sentio: quilibet nostrum debuisse aduersus opiniones malignas satis fiduciae habere in bona conscientia; principes multa debent etiam famae dare. <sup>6</sup> Iurauit se non adituum hereditatem: Tarius quidem eodem die et alterum heredem perdidit, sed Caesar libertatem sententiae suae redemit et postquam adprobauit gratuitam esse seueritatem suam, quod principi semper curandum est, dixit relegandum quo patri uideretur. <sup>7</sup> Non culleum, non serpentes, non carcerem decreuit, I memor non de quo censeret, sed cui in consilio esset; mollissimo genere poenae contentum esse debere patrem dixit in filio adolescentulo impulso in id scelus in quo se, quod proximum erat ab innocentia, timide gessisset; debere illum ab urbe et a parentis oculis summoueri.

**16** O dignum quem in consilium patres aduocarent! o dignum quem coheredem innocentibus liberis scriberent! Haec clementia principem decet: quocumque uenerit, mansuetiora omnia faciat! Nemo regi tam uilis sit ut illum perire non sentiat: qualiscumque est, pars imperii est. <sup>2</sup> In magna imperia ex minoribus petamus exemplum. Non unum est imperandi genus: imperat princeps ciuibus suis, pater liberis, praeceptor discentibus, tribunus uel centurio militibus. <sup>3</sup> Nonne pessimus pater uidebitur qui adsiduis plagis liberos etiam ex leuissimis causis conpescet? Vter autem praeceptor liberalibus studiis dignior, qui excarnificabit discipulos, si memoria illis non constiterit aut si parum agilis in legendo oculus haeserit, an qui monitionibus et uerecundia emendare ac docere malit? Tribunum centurionemque da saeuum: desertores faciet qui-

2 uelle fili **Hos**1 : uelli fili **N** uelle filii **CQ**<sup>c</sup> 7 adprobauit **R** : adprobabit **N** 8 principi **recc** : principis **N** | quo **C** : quod **N** 16 scriberent **recc** : scribere **N** | clementia **R**<sup>3</sup> : clementiam **N** 18-19 qualiscumque est **Q** : qualiscumque **N** 23-24 praeceptor **N**<sup>1c</sup> : praeceptor **N**<sup>1</sup> 25 oculus (?) **N**<sup>1</sup> : oculos **N**<sup>1c</sup>**R** 26 uerecundia **recc** : recundia **N** 27 faciet **R** : faciet # **N**<sup>c</sup>

bus tamen ignoscitur. <sup>4</sup> Numquid enim aequum est grauius homini et durius imperari quam imperatur animalibus mutis? atqui equum non crebris uerberibus l'exterret domandi peritus magister: fiet enim formidulosus et contumax, nisi eum blandiente tactu permulseris. <sup>5</sup> Idem facit ille uenator, quique instituit catulos uestigia sequi quique iam exercitatis utitur ad excitandas uel persequendas feras, nec crebro illis minatur (contundet enim animos et quidquid est indolis comminuetur trepidatione degeneri) nec licentiam uagandi errandique passim concedit. Adicias his licet tardiora agentis iumenta, quae, cum ad contumeliam et miserias nata sint, nimia saeuitia cogantur iugum detractare. **17** Nullum animal morosius est, nullum maiore arte tractandum quam homo, nulli magis parcendum. Quid enim est stultius quam in iumentis quidem et canibus erubescere iras exercere, pessima autem condicione sub <homine uelle> hominem esse? Morbis medemur nec irascimur; atqui et hic morbus est animi, mollem medicinam desiderat ipsumque medentem minime infestum aegro. <sup>2</sup> Mali medici est desperare ne curet; idem in iis quorum animus adfectus est facere debet is cui tradita salus omnium est: non cito spem proicere nec mortifera signa pronuntiare; luctetur cum uitiiis, resistat, aliis morbum suum exprobet, quosdam molli curatione decipiat citius meliusque l' sanaturus remediis fallentibus; agat princeps curam non tantum salutis, sed etiam honestae cicatricis. <sup>3</sup> Nulla regi gloria est ex saeua animaduersione (quis enim dubitat posse?), at contra maxima si uim suam continet, si multos irae alienae eripuit, neminem suae inpendit.

138v

5

10

15

20

139r

25

*l* ignoscitur **N** : ignoscitur? *dist.* **Lips3** <non> ignoscitur **Ross1** | Numquid enim **Ger** (*dub. app.*) : Numquid nae **N** | aequum **N<sup>1</sup>** : equum **N<sup>1c</sup>** *14* canibus **N<sup>c</sup>** : carnibus **N<sup>1</sup>** | pessima **N<sup>c</sup>** : pessimam **N<sup>1</sup>** *14-15* condicione **N<sup>c</sup>** : conditionem **N<sup>1</sup>** *15* *suppl.* **Ger** : homine *suppl.* **Lips3** *18* ne curet **L<sup>c</sup>TQ** : nec ures **N** *19* debet is **Q** : debetis **N** | proicere **N<sup>c</sup>** : proiecere **N<sup>1</sup>** *20* resistat **N<sup>c</sup>** : reststat **N<sup>1</sup>** *23* cicatricis **R** : cicatrices **N** | Nulla regi **R** : Nullare regig (?) **N<sup>1</sup>** Nulla## regi# **N<sup>c</sup>** *24* at **N<sup>2</sup>** : a **N<sup>1</sup>**

5 **18** Seruis imperare moderate laus est. Et in mancipio cogitan-  
 dum est non quantum illud impune possit pati, sed quantum tibi  
 permittat aequi bonique natura, quae parcere etiam captiuis et pre-  
 tio paratis iubet (quanto iustius hominibus liberis, ingenuis, hones-  
 10 tis!), non ut mancipiis abuti, sed ut îs quos gradu antecedas quo-  
 rumque tibi non seruitus tradita sit, sed tutela. <sup>2</sup> Seruis ad statuam  
 licet confugere: cum in seruum omnia liceant, est aliquid quod in  
 homine licere commune ius animantium uetet. Quis non Vedium  
 15 Pollionem peius oderat quam serui sui, quod murenas sanguine  
 humano saginabat et eos qui se aliquid offenderant in uiuarium,  
 quid aliud quam serpentium, abici iubebat? O hominem mille mor-  
 139v tibus dignum, siue deuorandos seruos obiciebat murenis quas esu-  
 rus erat, siue in hoc tantum illas alebat ut sic aleret! <sup>3</sup> Quemladmo-  
 dum domini crudeles tota ciuitate commonstrantur inuisique et  
 20 detestabiles sunt, ita regum et iniuria latius patet et infamia atque  
 odium saeculis traditur; quanto autem non nasci melius fuit quam  
 numerari inter publico malo natos!  
**19** Excogitare nemo quicquam poterit quod magis decorum  
 regenti sit quam clementia, quocumque modo is et quocumque  
 25 iure praepositus ceteris erit. Eo scilicet formosius id esse magnifi-  
 centiusque fatebimur quo in maiore praestabitur potestate, quam  
 non oportet noxiam esse, si ad naturae legem componitur. <sup>2</sup> Natura  
 enim commenta est regem, quod et ex aliis animalibus licet cognos-  
 cere et ex apibus, quarum regi amplissimum cubile est medioque  
 ac tutissimo loco; praeterea opere uacat exactor alienorum operum

4 quanto iustius **Mar268 Ger** (qui parenthesis signa ante quanto et non, u. 5, posuit) **Ger** : quanto iustius iubet quanto iustius **N** Quanto iustius iubet  $\phi$  **T** 5 ut îs scripsi (ex ut iis **Ger**) : his **N** ut his **A** | gradu **N**<sup>2</sup> : gratu **N**<sup>1</sup> | antecedas **AL** : antecedit **N** 8 homine **N** : hominem **T** 14 commonstrantur **N**<sup>1c</sup> : commonstrantur **N**<sup>1</sup> 15 detestabiles sunt **C**  $\psi$  **SQ** : detestabilesunt **N** 16 non nasci melius  $\pi$  **FTQ** : non nasci **N** melius non nasci  $\phi$  (fort. recte) 18 Excogitare **N**<sup>2</sup> : Excogitare **N**<sup>1</sup> 19 regenti **N**<sup>2</sup> : regendi **N**<sup>1</sup> 20 praepositus **N**<sup>1c</sup> : praepopitus (?) **N**<sup>1</sup> 23-24 cognoscere **N**<sup>c</sup> : cognoscere **N**<sup>1</sup> 25 opere **Madv4 Wese** : honore **N**<sup>1</sup> onere **N**<sup>2</sup>

et amisso rege totum dilabatur nec umquam plus unum patiuntur melioremque pugna quaerunt; praeterea insignis regi forma est dissimilisque ceteris cum magnitudine tum nitore. <sup>3</sup> Hoc tamen maxime distinguitur: iracundissimae ac pro corporis captu pugnacissimae sunt apes et aculeos in uulnere relinquunt, rex ipse sine aculeo est; noluit illum natura nec saeuum esse | nec ultionem magno constaturam petere telumque detraxit et iram eius inermem reliquit. Exemplar hoc magnis regibus ingens: est enim illi mos exercere se in paruis et ingentium rerum documenta in minima re congerere. <sup>4</sup> Pudeat ab exiguis animalibus non trahere mores, cum tanto hominum moderatior esse animus debeat quanto uehementius nocet. Vtinam quidem eadem homini lex esset et ira cum telo suo frangeretur nec saepius liceret nocere quam semel nec alienis uiribus exercere odia! facile enim lassaretur furor si per se sibi satis faceret et si mortis periculo uim suam effunderet.

5  
140r

10

15

<sup>5</sup> Sed ne nunc quidem illi cursus tutus est: tantum enim necesse est timeat quantum timeri uoluit et manus omnium obseruet et eo quoque tempore, quo non captatur, peti se iudicet nullumque momentum immune a metu habeat. Hanc aliquis agere uitam sustinet, cum liceat innoxium aliis, ob hoc securum, salutare potentiae ius laetis omnibus tractare? Errat enim si quis existimat tutum esse ibi regem ubi nihil a rege tutum sit: securitas securitate mutua paciscenda est. <sup>6</sup> Non opus est instruere in altum editas arces nec in ascensum arduos colles emunire nec latera montium abscidere,

20

/ rege N<sup>2</sup> : regem N<sup>1</sup> | dilabatur N : dilabatur examen T | nec umquam N<sup>1c</sup> : ne numquam N<sup>1</sup> 2-3 dissimilisque C π FLSQ : disimiusquae N<sup>1</sup> disimilisquae N<sup>1c</sup> dissimilisque N<sup>2</sup> 3 tum N<sup>2</sup> : cum N<sup>1</sup> 4 iracundissimae PFLQ : <sup>a</sup>iracondissimae N<sup>1</sup> iracundissimae N<sup>2</sup> 6 ultionem N<sup>2</sup> : ultione N<sup>1</sup> 7 reliquit N<sup>2</sup> : relinquit N<sup>1</sup> 8 ingens est N : ingerit, est Baeh2 9 documenta in minima re congerere scripsi : documentam minima argere N documenta minima agere recc documenta in minima cogere Ha 17 eo N<sup>1c</sup> : ea N<sup>1</sup> 19 immune a metu habeat ζ<sup>p</sup> : immuneam ethabeat ha / beat N | agere C : agerem N 20-21 potentiae ius ζ<sup>p</sup> : potentia eius N 22 tutum sit Ger : tutum sed N tutum Mar67 Mar174



140v multiplicibus se muris | turribusque saepire: saluum regem clemen-  
 tia in aperto praestabit. Vnum est inexpugnabile munimentum,  
 amor ciuium. <sup>7</sup> Quid pulchrius est quam uiuere optantibus cunctis  
 et uota non sub custode nuncupantibus? si paulum ualetudo titu-  
 5 bavit, non spem hominum excitari, sed metum? nihil esse cuiquam  
 tam pretiosum, quod non pro salute praesidis sui commutatum  
 uelit? <sup>8</sup> O ne ille, cui contingit <ut> sibi quoque uiuere debeat, in  
 hoc adsiduis bonitatis argumentis probauit non rem p. suam esse,  
 10 sed se rei p. Quis huic audeat struere aliquod periculum? quis ab  
 hoc non, si possit, fortunam quoque auertere uelit, sub quo iustitia,  
 pax, pudicitia, securitas, dignitas florent, sub quo opulenta ciuitas  
 copia bonorum omnium abundat nec alio animo rectorem suum  
 intuetur, quam, si di immortales potestatem uisendi sui faciant,  
 15 intueamur uenerantes colentesque? <sup>9</sup> Quid autem? non proximum  
 illis locum tenet is, qui se ex deorum natura gerit, beneficus ac lar-  
 gus et in melius potens? Hoc adfectare, hoc imitari decet:  
 Maximum ita haberi, ut Optimus simul habere.

**20** A duabus causis punire princeps solet, si aut se uindicat  
 aut alium.

20 Prius de ea parte disseram quae ipsum contingit | (difficilius est  
 141r enim moderari ubi dolori debetur ultio quam ubi exemplo). <sup>2</sup>  
 Superuacuum est hoc loco admonere ne facile credat, ut uerum  
 excutiat, ut innocentiae faueat et, ut appareat, non minorem agi rem  
 periclitantis quam iudicis sciat: hoc enim ad iustitiam, non ad cle-  
 25 mentiam pertinet. Nunc illum hortamur ut manifeste laesus animum  
 in potestate habeat et poenam, si tuto poterit, donet, si minus, tempe-  
 ret longaque sit in suis quam in alienis iniuriis exorabilior. <sup>3</sup> Nam,

*l* turribusque **N**<sup>2</sup>: turris **N**<sup>1</sup> 5 sed **R**: se **N** 6 pro salute **recc**: prosalutis **N** 7 o ne ille **T** oneillo **N** | *suppl.* **Baeh2** 7-8 debeat, in *distinxi*: debeat; in **Ha** debeat, [in] **Kron2** 10 uelit **R**: uellit **N** 12 abundat nec *dist.* **Siesb**: abundat? Nec **CF** 13 immortales **CPLQ**: immortalem **N** 14 colentesque? Quid *dist.* **Siesb**: colentesque. Quid **Fi** | proximum **Ger**: p(ro)xum **N** 16 adfectare **N**<sup>1c</sup>: adfectase **N**<sup>1</sup> 18 solet **R**: solent **N** 23 minorem agi **ς**<sup>F</sup>: minore magis **N**

quemadmodum non est magni animi qui de alieno liberalis est, sed ille qui quod alteri donat sibi detrahit, ita clementem uocabo non in alieno dolore facilem, sed eum qui, cum suis stimulis exagitetur, non prosilit, qui intellegit magni animi esse iniurias in summa potentia pati nec quicquam esse gloriosius principe inpune laeso.

5

**21** Vltio duas praestare res solet: aut solacium adfert ei qui accepit iniuriam, aut in relicum securitatem. Principis maior est fortuna quam ut solacio egeat, manifestiorque uis quam ut alieno malo opinionem sibi uirium quaerat. Hoc dico cum ab inferioribus petitus uiolatusque est: nam, si quos pares aliquando habuit infra se uidet, satis uindicatus est. Regem et seruos occidit et serpens et sagitta; seruauit quidem nemo nisi maior eo quem seruabat. <sup>2</sup> Vti l itaque animose debet tanto munere deorum dandi auferendique uitam potens. In iis praesertim quos scit aliquando sibi <par> fastigium optinuisse, hoc arbitrium adeptus ultionem impleuit perfectique, quantum uerae poenae satis erat: perdidit enim uitam qui debet et quisquis ex alto ad inimici pedes abiectus alienam de capite regnoque sententiam expectauit in seruatoris sui gloriam uiuit plusque eius nomini confert incolumis quam si ex oculis ablatuisset: adsiduum enim spectaculum alienae uirtutis est, in triumpho cito transisset. <sup>3</sup> Si uero regnum quoque suum tuto relinquere apud eum potuit reponique eo unde deciderat, ingenti incremento surgit laus eius qui contentus fuit ex rege uicto nihil praeter gloriam sumere. Hoc est etiam ex uictoria sua triumphare testarique nihil se quod dignum esset uictore apud uictos inuenisse. <sup>4</sup> Cum ciuibus et ignotis atque humilibus eo moderatius agendum est quo minor res est adflixisse eos. Quibusdam libenter parcas, a

10

141v

15

20

25

8 egeat **recc** : ageat **N** 12 seruauit  $\psi$  : seruabit **N** | Vti **CTQ** : ut **N** 14 potens **N<sup>lc</sup>** : ponens **N<sup>1</sup>** potens, in ... optinuisse. Hoc *dist.* **Fi** | *suppl.* **Fi** : <par> sibi uel simile **Pinc** 15 fastigium **T** : fatigio **N** | impleuit **CPFTQ** : implebit **N** 18 regnoque **Q<sup>1</sup>** : regioque **N** 19 eius nomini **R** : eius innomini **N** | incolumis **recc** : colomis **N** 21 transisset  $\zeta^F$  : transisse **N** 25 apud **R** : apud **N** 27 minor res **Ger** : minores **N** minoris **R**



quibusdam te uindicare fastidias et non aliter quam <in> animalibus paruis sed obterentem inquinantibus reducenda manus est; at in îs qui in ore ciuitatis seruati punitique erunt occasione notae clementiae utendum est.

5  
142r **22** Transeamus ad alienas iniurias, in quibus uindicandis haec tria lex secuta est, quae | princeps quoque sequi debet: aut ut eum quem punit emendet, aut ut poena eius ceteros meliores reddat, aut ut sublatis malis securiores ceteri uiuant.

10 Ipsos facilius emendabis minore poena: diligentius enim uiuit cui aliquid integri superest. Nemo dignitati perditae parcit; inpunitatis genus est iam non habere poenae locum.

15 <sup>2</sup> Ciuitatis autem mores magis corrigit parcitas animaduersionum: facit enim consuetudinem peccandi multitudo peccantium et minus grauis nota est quam turba damnationum leuat et seueritas quod maximum remedium habet adsiduitate amittit auctoritatem.

20 <sup>3</sup> Constituit bonos mores ciuitati princeps et uitia eluit si patiens eorum est, non tamquam probet, sed tamquam inuitus et cum magno tormento ad castigandum ueniat. Verecundiam peccandi facit ipsa clementia regentis: grauior multo poena uidetur quae a miti uiro constituitur. **23** Praeterea uidebis ea saepe committi quae saepe uindicantur. Pater tuus plures intra quinquennium culleo insuit quam omnibus saeculis insutos accepimus. Multo minus audebant liberi nefas ultimum admittere quam diu sine lege crimen fuit. Summa enim prudentia altissimi uiri et rerum  
25  
142v naturae peritissimi malulerunt uelut incredibile scelus et ultra audaciam positum praeterire quam dum uindicant ostendere posse fieri; itaque parricidae cum ea lege coeperunt et illis facinus

*l suppl.* **Lips** : ab animalibus **T** 2 at **R** : ad **N** 7 aut ut  $\zeta^F$  : aut **N** | poena **R**<sup>2</sup> : poenae **N** 8-9 uiuant ipsos facilius **R** : uibant ipso failius **N** 10 parcit **R** : pas / cit **N** 11 habere **N**<sup>1c</sup> : hauere **N**<sup>1</sup> 12 mores **N**<sup>1c</sup> : moris **N**<sup>1</sup> | parcitas **R** : paritas **N** 16 eluit **Ger** : eius **N** eruit **Gron** 1 eius <eluit> **Brak** 2 18 castigandum **R** : casticando **N**<sup>1</sup> casticandum **N**<sup>1c</sup> 21 intra **R** : infra **N** 26 audaciam positum praeterire **R** : audacia positum praeteriret **N** 27 cum ea  $\zeta^F$  : cum a **N** cum **CT**

poena monstrauit: pessimo uero loco pietas fuit, postquam saepius culleos uidimus quam cruces. <sup>2</sup> In qua ciuitate raro homines puniuntur, in ea consensus fit innocentiae et indulgetur uelut publico bono. Putet se innocentem esse ciuitas, erit; magis irasceatur a communi frugalitate desciscensibus, si paucos esse eos uiderit. Periculosum est, mihi crede, ostendere ciuitati quanto plures mali sint. **24** Dicta est aliquando <in> senatu sententia, ut seruos a liberis cultus distingueret; deinde apparuit, quantum periculum immineret si serui nostri numerare nos coepissent. Idem scito metuendum esse si nulli ignoscitur: cito apparebit pars ciuitatis deterior quanto prae grauet. Non minus principi turpia sunt multa supplicia quam medico multa funera. Remissius inperanti melius paretur: <sup>2</sup> natura contumax est humanus animus et in contrarium atque arduum nitens sequiturque facilius quam ducitur; et ut generosi ac nobiles equi melius facili freno reguntur, ita clementiam uoluntaria innocentia inpetu suo sequitur et dignam putat ciuitas, quam seruet sibi. Plus itaque hac uia proficitur.

**25** Crudelitas | minime humanum malum est indignumque tam miti animo; ferina ista rabies est, sanguine gaudere ac uulneribus et abiecto homine in siluestre animal transire. Quid enim interest, oro te, Alexander, leoni Lysimachum obicias an ipse laceres dentibus tuis? tuum illud os est, tua illa feritas. O quam cuperes tibi potius unguis esse, tibi rictum illum edendorum hominum capacitatem! Non exigimus a te ut manus ista, exitium familiarium certissimum, ulli salutaris sit, ut iste animus ferox, insatiabile gentium

5

10

15

143r

20

25

*I* monstrauit **N<sup>1c</sup>** : monstra **N<sup>1</sup>** 6 crede **C π L<sup>2</sup>Q** : credere **N** 7 mali sint. Dicta **Grut2** (*dub.*) : malis indicta **N** | *suppl.* **Gron** (*post Mur, qui <In> senatu ante dicta transp.*) : a senatu **C ψ** | sententia ut **C ψ Q<sup>1</sup>** : sententi / Aut **N** 12 remissius **N<sup>1c</sup>** : remissio **N<sup>1</sup>** 14 sequiturque **R** : sequitur quae **N<sup>1</sup>** sequitur quae **N<sup>c</sup>** | ducitur **R** : dicitur **N** 15 nobiles **R** : no (*f.uer.*) **N** | equi **recc** : aequi **N** | clementiam **R<sup>2</sup>** : elementia **N** 18 indignumque **R** : indignumquae **N** 20 homine **recc** : homini **N** 23 potius **N<sup>c</sup>** : ti potius **N<sup>1</sup>** 24 exitium **N** : <ad> exitium **Faid** 24-25 certissimum **TQ** : certissima **N** **Faid**

malum, citra sanguinem caedemque satietur; clementia iam uocatur ad occidendum amicum <cum> carnifex inter homines eligitur. <sup>2</sup> Hoc est quare uel maxime abominanda sit saeuitia, quod excedit fines primum solitos, deinde humanos, noua supplicia conquirat, ingenium aduocat <ut> instrumenta excogitet, per quae uarietur atque extendatur dolor, delectatur malis hominum; tunc illi dirus animi morbus ad insaniam peruenit ultimam, cum crudelitas uersa est in uoluptatem et iam occidere hominem iuuat. <sup>3</sup> Natura talem uirum a tergo sequitur euersio, †odiae†, uenena, gladii; tam multis periculis petitur quam multorum ipse periculum est, priuatisque non numquam consiliis, alias uero consternatione publica circumuenitur. Leuis enim et priuata | pernicies non totas urbes mouet; quod late furere coepit et omnes adpetit undique configitur. <sup>4</sup> Serpentes paruolae fallunt nec publice conquiruntur; ubi aliqua solitam mensuram transiit et in monstrum excreuit, ubi fontes sputu inficit et, si adflauit, deurit obteritque quacumque incessit, ballistis petitur. Possunt uerba dare et euadere pusilla mala, ingentibus obuiam itur. <sup>5</sup> Sic unus aeger ne domum quidem perturbat; at ubi crebris mortibus pestilentiam esse apparuit, conclamatio ciuitatis ac fuga est et dis ipsis manus intentantur. Sub uno aliquo tecto flamma apparuit: familia uicinique aquam ingerunt; at incendium uastum et multas iam domos depastum parte urbis obruit. **26** Crudelitatem priuatorum quoque seruiles manus sub certo crucis periculo ultae sunt; tyrannorum gentes populique, et quorum erat

1-2 clementia iam uocatur **Baeh2** : clementiam uocatur **N 2 suppl.** **Euss** 3 abominanda **N<sup>1c</sup>** : abominand **N<sup>1</sup> 5 suppl.** **Ger** 6 extendatur **recc** : extentatur **N** | delectatur **Rossi604 Vat1769 Vat4086** : delectetur **N** 8 Natura talem **Ger (dub. adn.)** : Naturalem **N** Naturalis talem **Baeh2** 9 euersio **CFTQ** : aeuersio **N** auersio **P<sup>1</sup>** | odiae **conrupte N** : odia **CQ** insidiae **Schu (fort. recte)** 10 petitur **C** : patitur **N** | multorum **R** : multor quam multorum **N 14** conquiruntur **C** : consequuntur **N 15** mensuram **R** : mensura **N** | sputu **Ger** : putu **N** potu **R 16** ballistis **N<sup>1c</sup>** : balliti **N<sup>1</sup> 17** et euadere **R** : euadere **N 18** domum **N<sup>1c</sup>** : domus **N<sup>1</sup> 19** apparuit **N<sup>1c</sup>** : aparuit **N<sup>1</sup> 20** manus **recc** : manibus **N 21** at **R<sup>2</sup>** : ad **N 22** uastum **R** : uastam **N**

malum et ei quibus imminebat, excindere adgressi sunt; aliquando sua praesidia in ipsos consurrexerunt perfidiamque et impietatem et feritatem et quidquid ab illis didicerant in ipsos exercuerunt. Quid enim potest quisquam ab eo sperare quem malum esse docuit? non diu nequitia apparet nec quantum iubetur peccat. <sup>2</sup>	5
Sed puta esse tutam crudelitatem, quale eius regnum est? non aliud quam captalrum urbium forma et terribiles facies publici metus. Omnia maesta, trepida, confusa, uoluptates ipsae timentur: non conuiuia securi ineunt, in quibus lingua sollicite etiam ebris custodienda est, non spectacula, ex quibus materia criminis ac periculi quaeritur; apparentur licet magna impensa et regiis opibus et artificum exquisitis nominibus: quem tamen ludi in carcere iuuent? <sup>3</sup> Quod istud, dii boni, malum est, occidere, saeuire, delectari sono catenarum et ciuium capita decidere, quocumque uentum est multum sanguinis fundere, aspectu suo terrere ac fugare? Quae alia uita esset, si leones ursique regnarent, si serpentibus in nos ac noxiosissimo cuique animali daretur potestas? <sup>4</sup> Illa rationis expertia et a nobis immanitatis crimine damnata abstinent suis et tuta est etiam inter feras similitudo; horum ne a necessariis quidem sibi rabies temperat, sed externa suaque in aequo habet, quo plus se exercitat, <eo incitior>. A singulorum deinde caedibus in exitia gentium serpit et inicere tectis ignem, aratrum uetus- tis urbibus inducere potentiam putat et unum occidi iubere aut alterum parum imperatorium credit: nisi eodem   tempore grex miserorum sub ictu stetit, crudelitatem suam in ordinem coactam	144r 10 15 20 144v 25

2 ipsos **TQ** : ipsis **N** | perfidiamque **recc** : perfidiaque **N** 3 ab illis didicerant **recc** : ob illis dicerant **N** | exercuerunt **C**  $\psi$  **Q** : excuerunt **N** 5 apparet **C** : ap / pareret **N** paret (*ante* nequitia)  $\xi^F$  | quantum  $\psi$  : quam nur **N**<sup>1</sup> quam tur **N**<sup>1c</sup> | iubetur **Mur** : uidetur **N** 6 quale eius **Eras2** : quare ius **N** 8 metus **N**<sup>1c</sup> : mets **N**<sup>1</sup> | timentur **N**<sup>1c</sup> : timetur **N**<sup>1</sup> 11 periculi **N**<sup>1c</sup> : periculis **N**<sup>1</sup> 13 iuuent **R**<sup>2</sup> : iubent **N** 14 quocumque **R** : quodcumque **N** 16 uita esset **N**<sup>1c</sup> : uitesset **N** | leones **R** : leonis **N** 19 horum ne **N**<sup>3</sup> : ho ne **N**<sup>1</sup> 21 *suppl.* **Ger** : se xercitiora **N** saeuuit exercitior. A **Baeh2** 22 exitia **CPFL** : aesicia **N** 24 credit **PFLQ** : credat **N** 25 sub ictu **Grut2** : subiectu **N** sub <eius> ictu **Pré**

5 putat. <sup>5</sup> \*\*\* felicitas illa multis salutem dare et ad uitam ab ipsa  
morte reuocare et mereri clementia ciuicam. Nullum ornamentum  
principis fastigio dignius pulcriusque est quam illa corona ob  
ciues seruatos, non hostilia arma detracta uictis, non currus barba-  
rum sanguine cruenti, non parta bello spolia. Haec diuina potentia  
est, gregatim ac publice seruare; multos quidem occidere et indis-  
cretos incendi ac ruinae potentia est.

*I lacunam statuit Mazz2 4-5 barbarum N : barbarorum C ψ*

## Liber II

**1** Vt de clementia scriberem, Nero Caesar, una me uox tua maxime conpultit, quam ego non sine admiratione et cum diceretur audisse meminisse et deinde aliis narraſſe, uocem generoſam, magni animi, magnae lenitatis, quae non conpoſita nec alienis auribus data ſubito erupit et bonitatem tuam cum fortuna tua litigantem in medium adduxit. | **2** Animadueroſurus in latrones duos Burrus praefectus tuus, uir egregius et tibi principi natus, exigebat a te ſcriberes in quos et ex qua cauſa animaduerti uelles; hoc ſaepe dilatum ut aliquando fieret inſtabat. Inuitus inuito cum chartam protuliſſet traderetque, exclamaſti: «Vellem litteras nescirem!»

144v

5  
145r

10

**3** O dignam uocem quam audirent omnes gentes quae Romanum imperium incolunt quaeque iuxta iacent dubiae libertatis quaeque ſe contra uiribus aut animis attollunt! O uocem in conſonantiam omnium mortalium mittendam, in cuius uerba principes regesque iurarent! O uocem publica generis humani innocentia dignam, cui redderetur antiquum illud ſaeculum! **4** Nunc profecto conſentire decebat ad aequum bonumque expulſa alieni cupidine (ex qua omne animi malum oritur), pietatem integritatemque cum fide ac modestia reſurgere et uitia diuturno abuſa regno dare tandem felici ac puro ſaeculo locum. **2** Futurum hoc, Caesar, ex magna parte ſperare et conſidere libet. Tradetur iſta animi tui manſuetudo diffundeturque paulatim per omne immane imperii corpus

15

20

LIB •ANNEI• SENECE• DECLEMENTIA / LIBER• I• EXPLICIT• / INC LIBER •II• FELICITER N | Vt de R : VIDE N | ſcriberem C ψ : ſcribem N 3 meminisse N : me meminisse FQ | aliis recc : aliis uel alius (?) N<sup>1</sup> alius N<sup>1c</sup> 6 adduxit R : adduxit#### § (rasura circ. 4 litt.) N<sup>c</sup> | animadueroſurus N<sup>1c</sup> : animadueroſurus N<sup>1</sup> 7 principi natus Mur : principintus (f.uer.) N 8 quos N<sup>c</sup> : quos N<sup>1</sup> 11 gentes quae R : gentesque N gentes quaeque Ger 14 principes R : princeps N 15 iurarent T : iuramento N<sup>1</sup> iuramentò N<sup>1c</sup> | publica Mar268 : publicam N 15-16 innocentia dignam N : innocentia dignam! <dignam> Grut2 17 expulſa N : <et> expulſa Ger 18 omne recc : omnem N 19 diuturno T : diurno N 21 conſidere Lips3 : conſitere N 22 immane imperii Ross1 : imne imperij N



145v et cuncta in similitudinem tuam formabuntur. A capite bona ualetu-  
do: in omnes <corporis partes exit; omnia> uegeta sunt atque errec-  
ta aut languore demissa, prout animus eorum | uiuit aut marcet.  
Erunt ciues, erunt socii digni hac bonitate et in totum orbem recti  
5 mores reuertentur, parceretur ubique manibus tuis.

<sup>2</sup> Diutius me inmorari huic <uoci> patere, non ut blandum auri-  
bus tuis (nec enim hic mihi mos est: maluerim ueris offendere  
quam placere adulando); quid ergo est? praeter id quod bene factis  
dictisque tuis quam familiarissimum esse te cupio, ut quod nunc  
10 natura et impetus est fiat iudicium, illud mecum considero, multas  
uoces magnas, sed detestabiles, in uitam humanam peruenisse  
celebresque uulgo ferri, ut illam: «oderint, dum metuant», quoi  
Graecus uersus <eius> similis est qui se mortuo terram misceri  
ignibus iubet, et alia huius notae. <sup>3</sup> Ac nescio quo modo ingenia  
15 <in> inmani et inuisa materia secundiore <ore> expresserunt sen-  
sus uehementes et concitados; nullam adhuc uocem audii ex bono  
lenique animosam. Quid ergo est? ut raro, inuitus et cum magna  
cunctatione, ita aliquando scribas necesse est istud quod tibi in  
odium litteras adduxit, sed sicut facis, cum magna cunctatione,  
20 cum multis dilationibus.

<sup>3</sup> Et ne forte decipiat nos speciosum clementiae nomen ali-  
quando | et in contrarium abducat, uideamus quid sit clementia  
146r qualisque sit et quos fines habeat. Clementia est temperantia  
animi in potestate ulciscendi uel lenitas superioris aduersus infe-  
riorem in constituendis poenis. Plura proponere tutius est, ne una  
25

2 *suppl.* **Ger** : in omnis N hominis: <cetera> **Schu** 3 languore **N<sup>1c</sup>** : laguore  
**N<sup>1</sup>** 4 hac **PF<sup>c</sup>L** : ac N 5 parceretur  $\psi$  **Q** : parceretur N 6 me inmorari **T** :  
memorari N | *suppl.* **Madv2** | blandum **R** (*locus suspectus*) : blandum N  
blandiar **CT** blanditurum **Schu** 8 praeter **L** : prae N 11 sed  $\psi$  **Q** : se N 12  
*Acc. Atr. 203 R<sup>2</sup>* | quoi **Ger** : quod N 13 *suppleui* : similis <illius> **Pré** 13-  
14 *fr. adesp. 513 Kannicht-Snell* 15 *suppl.* **Hos** (*post Madv2, qui <in>*  
*immani scripserat*) : inmania N | *suppl.* **Madv2** : secundi ora N fecundiora  
**Q** 21 ne **recc** : nec N

finitio parum rem comprehendat et, ut ita dicam, formula excidat; itaque dici potest et inclinatio animi ad lenitatem in poena exigenda. <sup>2</sup> Illa finitio contradictiones inueniet, quamuis maxime ad uerum accedat, si dixerimus clementiam esse moderationem aliquid ex merita ac debita poena remittentem. Reclamabitur nullam uirtutem cuiquam minus debito facere, atqui hoc omnes intellegunt clementiam esse, quae se flectit citra id quod merito constitui posset.

5

**4** Huic contrariam imperiti putant seueritatem, sed nulla uirtus uirtuti contraria est. Quid ergo opponitur clementiae? crudelitas, quae nihil aliud est quam atrocitas animi in exigendis poenis. «Sed quidam non exigunt poenas, crudeles tamen sunt, tamquam qui ignotos homines et obuios non in compendium, sed occidendi causa occidunt nec interficere contenti saeluiunt, ut Busiris ille et Procrustes et piratae, qui captos uerberant et in ignem uiuos inponunt». <sup>2</sup> Haec crudelitas quidem <uidetur>, sed quia nec ultionem sequitur (non enim laesa est) nec peccato alicui irascitur (nullum enim antecessit crimen), extra finitionem nostram cadit: finitio enim continebat in poenis exigendis intemperantiam animi. Possumus dicere non esse hanc crudelitatem, sed feritatem, cui uoluptati saeuitia est, possumus insaniam uocare: nam uaria sunt genera eius et nullum certius quam quod in caedis hominum et lincinationes peruenit. <sup>3</sup> Illos ergo crudelis uocabo qui puniendi causam habent, modum non habent, sicut in Phalari, quem aiunt non quidem in homines innocentes, sed super humanum ac probabilem modum saeuisse. Possumus effugere cauillationem et ita finire ut sit crudelitas inclinatio animi ad asperiora.

10

146v

15

20

25

<sup>3</sup> quamuis **R** : quauis **N** 6 minus  $\psi$  : minui **N** 13 ignotos **N**<sup>1c</sup> : ignotus **N**<sup>1</sup> 14 ut busiris **R**<sup>c</sup> : utusuris **N** 15 captos **R** : captus **N** | uiuos **R** : uiuus **N** 16 *suppl.* **Madv**2 17 peccato **CTQ** : peccator **N** 19 finitio enim **Q**<sup>1</sup> : finitionem **N** | exigendis **R** : exigentis **N** | intemperantiam **LTQ** : intemperantia **N** 21 uoluptati saeuitia **CPQ** : uoluptatis seu uitia **N** 22 quod **N**<sup>1c</sup> : couod (?) **N**<sup>1</sup> 23 lincinationes **C** : lincinationis **N** 25 aiunt **PLTQ** : agunt **N** 27 sit **recc** : sed **N**

Hanc clementia compellit longius stare a se: nam <cum> seueritate illi conuenit.

5  
147r  
10  
15  
20

<sup>4</sup> Ad rem pertinet quaerere hoc loco quid sit misericordia: plerique enim ut uirtutem eam laudant et bonum hominem uocant misericordem. Et haec uitium animi est; utraque circa seueritatem circaque clementiam posita sunt, quae uitare debemus: | <per speciem enim seueritatis in crudelitatem incidimus>, per speciem clementiae in misericordiam. In hoc leuiore periculo erratur, sed par error est a uero recedentium. **5** Ergo quemadmodum religio deos colit, superstitio uiolat, ita clementiam mansuetudinemque omnes boni uiri praestabunt, misericordiam autem uitabunt: est enim uitium pusilli animi ad speciem alienorum malorum succidentis. Itaque pessimo cuique familiarissima est, anus et mulierculae sunt quae lacrimis nocentissimorum mouentur, quae, si liceret, carcerem effringerent. Misericordia non causam, sed fortunam spectat; clementia rationi accedit.

<sup>2</sup> Scio male audire apud imperitos sectam Stoicorum tamquam duram nimis et minime principibus regibusque bonum daturam consilium; obicitur illi quod sapientem negat misereri, negat ignoscere. Haec, si per se ponantur, inuisa sunt: uidentur enim nullam relinquere spem humanis erroribus, sed omnia delicta ad poenam deducere. <sup>3</sup> Quod si est, quidni haec <male audiat> scientia, quae dediscere humanitatem iubet portumque aduersus fortunam certis-

*I* clementia ψ **Q<sup>c</sup>**: clementiam **N** | compellit *scripsi* (ex compellit **Watt**): repellit **N** | longius **N**: longe iussam **Hos** | *suppl. Eras2 (dub. adn.)*: Namse ueritatem **N** 2 illi ψ **Q<sup>c</sup>**: ille **N** 4 bonum **R**: bono **N** 5 misericordem ψ **Q**: misericordiam **N** 6-8 *suppl.* **Ger**: debemus ¶ pspeciem clementiae in misericordiam **N<sup>1</sup>** (misericordiam **N<sup>1c</sup>**) 9 Ergo **recc**: ego **N** 10 mansuetudinemque **recc**: mansuetudinem quem **N** 12 malorum succidentis **Eras2**: succedentis **N** malorum succedentis **Mar268** ζ<sup>G</sup> 14-15 carcerem **recc**: carcere **N** 16 accedit **Q**: accidit **N** 17 apud **R**: aput **N** 18-19 daturam consilium **R**: datur aconsilium **N** 19 quod **N<sup>1c</sup>**: couod **N<sup>1</sup>** 22 *suppleui* (ex **Baeh2**, qui male audit? p. 185 u. 1 ante Sed nulla *suppl.*): quidni haec scientia **N** quidni <inuisa sit> haec scientia **Ha** 23 dediscere **Rossi604 Vat1769** ζ<sup>P</sup>: dedicere **N**

simum mutuo auxilio cludit? Sed nulla secta benignior leniorque est, nulla amantior hominum et communis boni attentior, ut propositum sit usui esse, ut auxilio nec sibi tantum, sed uniuersis singulisque consulere. <sup>4</sup> Misericordia est aegritudo animi ob alienarum miseriarum speciem aut tristitia ex alienis malis contracta, quae accidere immerentibus credit; aegritudo autem in sapientem uirum non cadit: serena eius mens est nec quicquam incidere potest quod illam obducat. Nihilque aequè hominem quam magnus animus decet; | non potest autem magnus esse idem ac maestus. <sup>5</sup> Maeror contundit mentes, abicit, contrahit; hoc sapienti ne in suis quidem accidet calamitatibus, sed omnem fortunae iram reuerberabit et ante se franget, eandem semper faciem seruabit, placidam, inconcussam, quod facere non posset, si tristitiam reciperet. <sup>6</sup> Adice quod sapiens ac prouidet et in expedito consilium habet; numquam autem liquidum sincerumque ex turbido uenit: tristitia inhabilis ad dispiciendas res, utilia excogitanda, periculosa uitanda, aequa aestimanda. Ergo non miseretur, quia id sine miseria animi non fit.

<sup>2</sup> Cetera omnia quae qui miserentur uolunt facere libens et altus animo faciet: succurret alienis lacrimis, non accedet; dabit manum naufrago, exuli hospitium, egenti stipem, non hanc contumeliosam, quam pars maior horum qui misericordes uideri uolunt abicit et fastidit quos adiuuat contingique ab iis timet, sed ut homo homi-

5

147v

10

15

20

*I* mutuo auxilio **N** : mutuuum auxiliium *uel* mutui auxilii **Lips3** | secta **N<sup>1c</sup>** : sedeta **N<sup>1</sup>** 2 boni **N<sup>1c</sup>** : bonis **N<sup>1</sup>** | ut **N** : ut cui  $\zeta^f$  3 ut **N** : et **T** 5 tristitia **LT** : tristitiam **N** | contracta quae  $\zeta^p$  : con / tra quae **N** coorta quae **Lips3** 6 accidere  $\psi$  **Q** : accedere **N** | credit **Q** : credet **N** 9 maestus **Haupt1** : metus **N** 10 abicit **Vat1769<sup>e</sup>**  $\zeta^g$  : obicit **N** subicit **Mueck** | sapienti **N<sup>1c</sup>** : sapientis **N<sup>1</sup>** 11 reuerberabit **recc** : reueberauit **N<sup>1</sup>** reuerberauit **N<sup>1c</sup>** 12 seruabit placidam **recc** : seruauit placida **N** 13 facere **R** : facerem **N** | tristitiam **R** : tris / tiam **N** 14 ac **N** : et **T** casus **Pré** 16 utilia  $\phi$  **T** : ut illa **N** | periculosa **R** : periculosam **N** | aequa **Vat1769** **Vat4086**  $\zeta^p$  : aequè **N** aequè <omnia> **Bail** 17 id  $\zeta^f$  : et **N** 18 quae qui  $\zeta^f$  : quaeque **N** | miserentur uolunt  $\zeta^f$  : miserentur uolo **N** miserentur solent **LugdB1640** | altus **Lips3** : alius **N** 20 naufrago **R** : naufragio **N** 22 contingique **C**  $\pi$  **FTQ** : contingique **N**

ni ex communi dabit; donabit lacrimis maternis filium et catenas  
 solui iubebit et ludo eximet et cadauer etiam noxium sepeliet, sed  
 faciet ista tranquilla mente, uultu suo. <sup>3</sup> Ergo non miserebitur  
 sapiens, sed succurret, sed proderit, in commune auxilium natus ac  
 5 bonum publicum, ex quo dabit cuique partem. Etiam ad calamito-  
 sos pro portione improbandosque et emendandos bonitatem suam  
 permittet; adflictis uero et forte laborantibus multo libentius  
 subueniet. Quotiens poterit, fortunae intercedet: ubi enim opibus  
 10 potius utetur aut uiribus quam ad restituenda quae casus inpulit?  
 148r Vultum quidem non deiciet nec animum ob crus alicuius aridum  
 aut pannosam maciem et innixam baculo senectutem; ceterum  
 omnibus dignis proderit et deorum more calamitosos propitius  
 respiciet. <sup>4</sup> Misericordia uicina est miseriae: habet enim aliquid  
 15 trahitque ex ea. Inbecillos oculos esse scias qui ad alienam lippitu-  
 dinem et ipsi suffunduntur, tam mehercules quam morbum esse,  
 non hilaritatem, semper adridere ridentibus et ad omnium oscita-  
 tionem ipsum quoque os diducere. Misericordia uitium est animo-  
 rum nimis miseria pauentium, quam si quis a sapiente exigit, prope  
 20 est ut lamentationem exigit et alienis funeribus gemitus.  
 7 «At quare non ignoscet?» †uacuam† \*\*\* Constituamus nunc  
 quoque quid sit uenia et scimus dari illam a sapiente non debere.  
 Venia est poenae merita remissio. Hanc sapiens quare non debeat

7 forte **Baeh2** : fortis **N** sortis <culpa> **Ha** sortis <uitio> **Ger** (*dub. adn.*) 9  
 aut **Eras2** : an **N** 10 deiciet **Eras2** : deiecit **N** 10-11 ob crus alicuius aridum  
 aut pannosam maciem **Bent** : obrusati cuius aredum aut pannô iam maciem  
 (*uirgulam o litterae inpositam del. N<sup>c</sup>*) **N<sup>1</sup>** 11 et innixam **Q** : et in (*deest mem-*  
*brana*) noxam **N** 15 mehercules **N<sup>1c</sup>** : mecercules (?) **N<sup>1</sup>** 16-17 oscitationem **C**  
 : estitationem **N** 17 misericordia  $\zeta^f$  : mîa (*f.uer.*) **N** 18 exigit **R** : exsiggit **N<sup>1</sup>**  
 exsigit **N<sup>c</sup>** 19 alienis **N** : in alienis **T** | gemitus  $\psi$  **Q** : gemitibus **N** 20 *cruces*  
*adposui lacunamque statui* : ignoscetuacuam **N** ignoscat dicam **Cur** ignoscet  
 <sapiens nec dabit> ueniam? **Sku del. Vogel** 21 sit uenia **TQ** : sid ueniam **N** |  
 dari **LTQ** : dare **N** | sapiente **N<sup>1c</sup>** : sapientem **N<sup>1</sup>** 22 uenia est **R** : uæniest **N<sup>1</sup>**  
 uænia est **N<sup>1c</sup>**



dare reddunt rationem diutius quibus hoc propositum est; ego, ut breuiter, tamquam in alieno iudicio dicam: «Ei ignoscitur qui puniri debuit; sapiens autem nihil facit quod non debet, nihil praetermittit quod debet: itaque poenam quam exigere debet non donat,<sup>2</sup> sed illud quod ex uenia consequi uis honestiore tibi uia tribuet. 5  
Parcet enim sapiens, consulet et corriget, idem faciet quod si ignosceret, nec ignoscet, quoniam qui ignoscit fatetur aliquid se quod fieri debuit omisisse. Aliquem uerbis tantum admonebit, poena non adficiet, aetatem eius emendabilem intuens; aliquem inuidia criminis manifeste laborantem iubebit incolumem esse, quia 10  
deceptus est, quia per uinum lapsus; hostes dimittet saluos, aliquando etiam laudatos, si honestis causis pro fide, pro foedere, pro libertate in bellum | acciti sunt.<sup>3</sup> Haec omnia non ueniae, sed clementiae opera sunt. Clementia liberum arbitrium habet, non sub formula, sed ex aequo et bono iudicat, et absoluere illi licet et, 15  
quanti uult, taxare litem. Nihil ex his facit tamquam iusto minus fecerit, sed tamquam id quod constituit iustissimum sit. Ignoscere autem est quem iudices puniendum non punire, uenia debitae poenae remissio est; clementia hoc primum praestat, ut quos dimittit nihil aliud illos pati debuisse pronuntiet: plenior est quam uenia, 20  
honestior est». <sup>4</sup> De uerbo, ut mea fert opinio, controuersia est, de re quidem conuenit. Sapiens multa remittet, multos parum sani, sed sanabilis ingenii, seruabit. Agricolas bonos imitabitur, qui non tantum rectas procerasque arbores colunt: illis quoque quas aliqua

/ rationem **R** : racione **N** 2 ei **Eras2** : et **N** 5 illud **TQ** : illum **N** | uis honestiore tibi uia **N<sup>c</sup>** : uis honestior et / tibi uia **N<sup>1</sup>** | tribuet **Ger** : tribuit **N** 6 parcet (?) **N<sup>1</sup>** : parcit (?) **N<sup>c</sup>** | idem **ς<sup>F</sup>** : item **N** 7 ignoscit **R** : ignoscet **N** | se **recc** : sed **N** 8 omisisse **N<sup>1c</sup>** : omisisese **N<sup>1</sup>** 9 inuidia **ς<sup>G</sup>** : inuidiae **N** // dimittet **π** **LTQ** : demittet **N** 13 acciti **N<sup>1c</sup>** : acsiti **N<sup>1</sup>** | sunt **R** : sunt sunt **N** | non ueniae **N<sup>1c</sup>** : noueniae **N<sup>1</sup>** 15 ex aequo **LQ** : exquo **N** 16 quanti **CFTQ** : quati **N** | taxare **ψ** : taxari **N** | minus **ψ** **Q** : minui **N** 17 ignoscere **LTQ<sup>c</sup>** : cognoscere **N** 18 iudices **Ger** : iūd (*i.e.* iudices *subst.?*) **N** 19 dimittit **ψ** **Q** : dimittet **N** 20 pronuntiet **FTQ** : pronuntiat **N** 22 sani **Q** : sane **N** 23 seruabit **C** **γ** **Q** : seruauit **N** 24 illis **γ** **Q<sup>c</sup>** : illi **N**



deprauauit causa adminicula quibus derigantur adplicant, alias circumcidunt, ne proceritatem rami premant, quasdam infirmas uitio loci nutriunt, quibusdam aliena umbra laborantibus caelum aperiunt. <sup>5</sup> Videbit quod ingenium qua ratione tractandum sit, quo modo in rectum praua flectantur.

*I* deprauauit **TQ** : deprauabit **N** | derigantur **Ger** : dergantur **N** 5 in rectum  $\psi$  **Q** : inflectum **N** | *post* flectantur *lacunam statuit* **Mur**  
EXPL LIBER • ANNEI • ASENEC **N**